




Ad Conventum Monacensem Ord: Erem: S: P: Augustini

Gesta Romanorum

Cum

Applicationibus Moralisatis ac mysticis

De

Virtutibus et Vitiis unà cum pluribus exemplis sermocinantibus perquam necessariis ac utilibus summâ curâ emendata à mendis quampluribus tersa: unà cum additionibus in margine nuper appositis ac tabula Alphabetica earundem.

Impress: Lugduni Per Ioannem Marion A: 1518. die 22 Januarii.

¶ Ex gestis romanorum historie notabiles de vicijs virtutibusque tractantes cum applicationibus moralisatis et misticis incipiunt feliciter.

¶ De dilectione

¶ Capitulum primum

Pompeius regnauit diues valde et potens qui filiam vnicam et pulcram habebat quam tenerrime diligebat ita quod pro eius custodia quinque milites ei assignauit vt contra omne periculum sub pena graui eam custodirent. Milites vero diebus ac noctibus armati eam custodiebant. et ante hostium camere lampadem ardentem ordinabant ne aliquis de nocte ad eam accederet: ipsis dormientibus vel eis ignorantibus. Et quendam caniculum bene latrantem habebant: per cuius latratum excitari possent. Puella ista tenerrime nutrita erat que multum anhelabat mundi spectacula videre. Cum autem semel foras perspexisset venit quidam dux qui cum oculos impudicos in eam iniecit statim captus est in amorem eius: quia pulcra nimis et oculis omnium erat gratiosa ac imperatoris filia vnica: que post mortem patris iure hereditario imperium obtineret. Dux iste multa ei promisit vt eius consensum obtineret. Illa vero sperans de promissione consensit: statim caniculum paruum occidit lampadem extinxit et de nocte ducem est secuta. Mane vero facta est questio vbi deuenit. Erat tunc in palacio regis pugil fortis qui semper pro iusticia imperij pugnauit: qui cum audisset quod filia patrem contempsit agili cursu post eam currebat. Dux vero cum eum armatum vidisset venientem duellum cum eo commisit. Sed pugil preualuit et caput eius amputauit et puellam ad palacium reduxit. tamen faciem patris multo tempore non vidit: continue gemitus et suspiria emittebat. Hoc audiens quidam sapiens in curia imperatoris qui semper mediator inter imperatorem et alios erat constitutus motus pietate: per eum est patri reconciliata ac nobilissimo viro desponsata. Quo facto varia donaria a patre recepit. Primo tunicam talarem polimitam vndique intextam: hoc habentem Dimisi tibi ne adijcias vltra. A rege quandam coronam auream habuit sic insculptam Ex me tua dignitas. A propugnatore habuit annulum vnum cum hac scriptura. dilexi te. disce diligere. A sapiente mediatore alium annulum. recepit sic sculptum. Quid feci. Quantum. Quare. A filio regis etiam annulum sic scriptum. Nobilis es: nobilitatem tuam ne contemnas. A germano proprio alium annulum recepit in quo erat scriptum. Accede ad me ne timeas frater tuus sum. A sponso signum aureum: quo sibi hereditas sponsi confirmabatur collata est: cuius scriptura erat. Iam coniuncta es noli amplius errare. Puella postquam ista dona receperat ea quamdiu vixerat custodiuit et est ab omnibus dilecta et dies suos in pace finiuit.

Moralisatio

Karissimi. Imperator iste est ipse pater celestis qui vocauit nos per passionem filij sui de fauce diaboli. Ipse est rex regum et dominus dominantium. Deutro. xxxij. Nunquid ipse est pater tuus qui possedit fecit et creauit te. Filia vnica est anima rationalis que traditur quinque militibus id est quinque sensibus ad custodiendum: qui sunt armati per virtutes quas homo in baptismo recepit. Isti sensus sunt visus. auditus et cetera. qui habent contra dyabolum mundum et carnem eam custodire. Lampas ardens est voluntas deo in omnibus subiecta: que debet semper ardere in bonis operibus vt peccato non consentiat. Caniculus paruus bene latrans est conscientia que habet contra peccata recalcitrare. sed heu prochdolor anima volens mundi spectacula videre sepe pergit foras totiens quotiens contra diuinum preceptum agit. statim a duce. id est a raptore infernali voluntarie est seducta et sic lampas bonorum operum extinguitur: et caniculus conscientie occiditur. et sic anima in nocte peccati sequitur dyabolum. Hec cum audisset pugil noster. scilicet deus quia non est alius qui pugnat pro nobis nisi tu deus noster statim contra ducem dyabolum pugnauit et victoriam obtinuit et animam ad palacium regni celestis adduxit. Sapiens mediator erat christus dicente apostolo. j. Thi. ij. Vnus deus mediator dei et hominum homo Iesus christus. Filius regis est christus. Vnde psal-

misisti. Filius meus es tu ego hodie genui te. Frater noster christus. Genes.xxxvij. Frater noster est. Sponsus noster est christus. Iuxta illud Osee.ij. Sponsabo te mihi in fide. Et iterum sponsus sanguinum tu mihi eris: per ipsum reconciliati sumus celesti patri et ad pacem vocati. Ipse enim est pax nostra qui vtrumque fecit vnum: ad Ephe. Ab ipso predicta donaria recipimus. primo tunicam talarem scilicet cutem suam dignissimam et certe polimitam: quia flagellatione cruore liuore et aliis variis liuoribus intextam: cuius textura nihil aliud nisi quod dimisi tibi omnia redemi te ne adiicias vltra malum agere. vade inquid noli amplius peccare. Hec est tunica Ioseph tincta in sanguine hedi Genesis.xxxvij. Iste christus rex noster dedit nobis coronam gloriosissimam: scilicet dum pro nobis voluit coronari: et vere ibi inuenimus. Ex me tua dignitas. De ista corona Iohannis.xix. Exiuit Iesus portans coronam spineam. Christus etiam est propugnator noster qui dedit nobis vnum annulum scilicet foramen dextre manus et vere ibi possumus percipere sicut scriptum est. dilexi te. disce diligere. Apoca.j. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Christus mediator noster dedit nobis alium annulum scilicet foramen sinistre manus vbi videre possumus scriptum Quid feci. quantum quare Quid feci. Meipsum exinaniui formam serui accipiens. Quantum deum feci hominem quare vt hominem perditum redimerem. De his tribus Zacha.xiiij. Que sunt iste plage in medio manuum tuarum. Et respondet. His plagatus sum in domo illorum qui me dilexerunt. Christus frater noster est et filius eterni regis. Dedit nobis tercium annulum scilicet foramen dextri pedis: et quid ibi nisi nobilis es: nobilitatem tuam ne contemnas. Similiter christus est germanus noster: et dedit nobis quartum annulum scilicet foramen sinistri pedis in quo scriptum est. Accede ne timeas: frater tuus sum. Christus est noster sponsus: dedit nobis sigillum quo sponsi hereditas confirmabatur collata. id est vulnus lateris sui cum lancea perforatum propter nimium amorem quo te dilexit: et quid ibi nisi iam coniuncta es mihi per misericordiam noli amplius peccare. Studeamus ergo carissimi dona sic munda custodire quod possumus dicere illud Math. Domine quinque talenta tradidisti mihi: et sic sine dubio poterimus regnare in celesti gremio. Quod nobis prestare etc.

¶ De misericordia. Capi.ij.

Titus regnauit qui statuit per legem sub pena mortis quod filij parentes suos alerent. Accidit casus quod erant duo fratres ex vno patre: vnus filium habebat et vidit auunculum suum egentem statim secundum legem eum aluit contra voluntatem patris: et ideo pater eius a societate eum expulit. Veruntamen hoc non obstante non dimisit quin auunculum suum egentem aleret et necessaria ei in omnibus dedit. post hec auunculus eius diues factus est et pater eius cepit egere. Filius vero hoc videns patrem aluit prohibente auunculo: ideo a societate auunculi est expulsus dicensque ei. Carissime tibi constat quod aliquando egenus eram et contra voluntatem patris tui mihi necessaria in omnibus ministrasti. et ideo te iam in filium meum et heredem accepi. Ingratus filius hereditatem non sequitur sed filius adoptatus: sicut tu ingratus fuisti: quia contra preceptum meum patrem tuum aluisti: ideo hereditatem meam non obtinebis. Filius respondit auunculo. Nullus debet puniri pro eo quod lex statuit et compellit. sed lex naturalis et scripta compellit filium parentibus subuenire in necessitate maxime eos honorare: ideo expelli ab hereditate de iure non debeo

¶ Moralisatio

Karissimi duo fratres sunt filius dei et mundus qui ambo a patre celesti processerunt. filius dei per generationem: mundus per creationem. Inter istos fuit et est discordia ab initio intantum quod qui est amicus vnius est inimicus alterius. Iuxta illud Iaco.iiii. Quicunque voluerit esse amicus huius seculi inimicus constituetur dei: sed filius vnus est quilibet christianus qui est filius christi. quia ei adheret per fidem. Non ergo debemus alere mundum per superbiam. auariciam et sic de ceteris. si volumus filij dei esse et si contrarium fecerimus certe a societate christi expellimur quantum ad hereditatem celestem. Si christum alere volumus per opera pietatis mundus odio nos habebit. Veruntamen melius est mundum odire quod hereditatem celestem amittere

Justum iudicium
Capitulum.iij.

Quidam imperator regnauit qui statuit quod si mulier sub viro adulterata esset sine misericordia de alto monte precipitaretur. Accidit casus quod quedam mulier sub viro suo erat adulterata. statim secundum legem de alto monte erat precipitata. sed de monte tam suauiter descendit quod in nullo lesa erat. Ducta est ad iudicium. Judex videns quod mortua non esset sententiam dedit iterum precipitari et mori. Ait mulier. Domine si sic feceritis contra legem agitis. Lex vult quod nullus debet bis puniri pro vno delicto. Ego eram precipitata quia semel adulterata et deus me miraculose saluauit ergo iterato non habeo precipitari. Ait iudex. Satis prudenter respondisti vade in pace: sic saluata est mulier.

Moralisatio

Carissimi. Imperator iste est deus noster qui facit istam legem quod si quis in anima pollutus fuit sub christo qui est sponsus est anime per peccatum mortale debet precipitari de alto monte. id est. de regno celesti. sicut erat primus pater adam sed deus per filij sui passionem saluauit. Homo cum peccat deus non statim propter infinitam suam misericordiam eum damnat sed per gratiam suam saluat vt non precipitaretur in infernum.

De iusticia iudicantium
Capitulum.iiij.

Cesar regnauit qui statuit pro lege quod quis mulierem raperet et vi eam opprimeret in electione mulieris esset vtrum mori deberet vel eam sine dote in vxorem duceret. Accidit casus quod quidam rapuit nocte simul duas mulieres. vna petijt mortem et alia nuptias. Raptor captus est et ductus coram iudice vt duabus mulieribus secundum legem responderet. Prima mulier instanter secundum legem mortem eius petijt: secunda cum in virum habere clamauit. Et dixit prime mulieri. Uerum est quod lex dictat quod petitionem tuam obtineas et eodem modo lex pro me clamat. Sed quia mea petitio est minor et magis charitatiua: ideo mihi videtur quod iudex pro me sententiam dabit. Ambe mulieres iudici sunt conqueste: et quelibet beneficium legis postulabat. Judex cum vtramque partem audisset secunde mulieri concessit vt eum in virum obtineret et sic factum est.

Moralisatio

Carissimi Imperator iste est dominus noster Jesus christus. raptor quilibet peccator qui rapit. i. violat duas mulieres. s. iustitiam et misericordiam. que sunt ambe filie dei. raptor conuocatur coram iudice quando anima separatur a corpore. Prima scilicet iustitia contra peccatorem allegat eternaliter mori per legem iustitie. Sed altera scilicet misericordia diuina allegat quod per contritionem et confessionem saluabitur. Ideo studeamus sic deo placere.

De sectanda fidelitate
Capitulum.v.

Rex quidem regnauit. In cuius imperio erat quidam iuuenis a piratis captus qui scripsit patri suo pro redemptione. Pater noluit eum redimere sic quod iuuenis multo tempore in carcere erat maceratus. Ille qui eum in vinculis habebat quandam pulcram filiam ab oculis omnium gratiosam genuerat: que nutrita erat in domo quousque viginti annos in etate sua compleuerat. que sepius incarceratum visitauit ac consolabatur. Sed ille tantum desolatus erat quod nullam consolationem recipere poterat sed suspiria et gemitus continue emittebat. Accidit quodam die quod cum puella eum visitaret: ait iuuenis ei. O bona puella vtinam velles pro mea liberatione laborare. Que ait. Quomodo potero hoc attemptare: pater tuus qui te genuit non vult te redimere ego vero cum sim tibi extranea quomodo deberem hoc cogitare. et si te liberarem offensionem patris mei incurrerem: quia tuam redemptionem perderet pater meus. Uerumtamen mihi vnum concede et liberabo te. Ait ille. O bona puella pete a me quid tibi placuerit si mihi est possibile concedam. Et illa. Nihil aliud peto pro tua liberatione nisi quod me in vxorem ducas tempore opportuno qui ait. Hoc tibi firmiter promitto Statim puella patre ignorante ipsum a vinculis liberauit et cum eo ad patriam suam fugit. Cum vero ad patrem suum venisset. ait ei pater. O fili de tuo aduentu multum gaudeo. sed dic mihi qualis est ista puella quam tecum duxisti. Ait ille. Filia regis est quam in vxorem habeo. Ait pater. Sub pena amissionis

hereditatis me nolo vt eam in vxorem du-
cas. Ait ille. O pater quid dicis. plus ei te-
neor ꝙ tibi quando captus eram in manus
inimici & fortiter vinculatus tibi ꝓ mea re-
demptione scripsi: noluisti me redimere. ipsa
vero non tantum a carcere sed a mortis pe
riculo me liberauit: ideo eam in vxorem du
cere volo. Ait pater. Fili dico tibi ꝙ nõ pos
sis in eam confidere: & per consequens nul
lo modo in vxorem ducere. Patrem pro-
prium decepit quando ipso ignorante te a
carcere liberauit. pro qua liberatione pater
eius multa perdidit que pro tua redemptio
ne habuisset: ergo videt ꝙ non possis in eã
confidere. & per consequens nullo modo in
vxorem ducere. Item alia ratõ est. Ista li-
cet te liberauit hoc fuit causa libidinis vt te
posset in virum habere: & ideo quia eius li
bido erat causa liberationis tue: nõ mihi vi
det ꝙ vxor tua erit. Puella audiens istas
rationes ait. Ad primã respondeo quando
dicis ꝙ ego decepi patrem meum propriuz
ꝙ non est veruz Ille decipit qui in aliquo
bono diminuitur: sed pater meus tam locu
ples est ꝙ alicuius auxilio nõ indiget cum
hoc ꝑpendi iuuenem istum a carcere libera
ui: & si pater meus pro eo redemptionez ac
cepisset non multum propter hoc ditior fuis
set. & tamen per redemptionem depaupera
tus esses: ergo in isto actu te saluaui ꝙ redẽ
ptionem non dedisti: & patri meo nullam in
iuriam feci. Ad aliam rationem quando di
cis ꝙ ego ex libidine hoc feci. Respondeo
hoc nullo modo potest fieri quia libido aut
est propter pulchritudinez aut propter diui
tias aut propter honores aut propter forti-
tudinem. sed filius tuus nulluz istoꝝ habuit
quia pulcritudo eius per carcerem erat ani
hilata. Nec diues fuit: quia non habuit vn-
de seipsum redimeret. Nec fortis quia forti
tudinem perdidit per carceris maceratione
Ergo sola pietas me mouebat ꝙ ipsum li-
beraui. Pater hoc audiens non poterat fi
lium arguere vlterius. Filius ergo cũ ma-
gna solennitate eam in vxorem duxit & in
pace vitam finiuit.

Moralisatio

Carissimi. Filius a piratis cap-
tus erat totum genus humanuz
captum per peccatum primi parẽtis in car
cere demonis .s. in eius potestate. pater qui
noluit eum redimere ẽ mundus iste qui nul
lo modo volebat hominem iuuare a carce
re dyaboli sed potius cuz tenere. Filia que
eum in carcere visitauit est diuinitas anime
coniuncta que humano generi compatieba
tur: que post passionem suam ad infernum
descendit & hominem a vinculis dyaboli li
berauit. Pater vero celestis de nostris di-
uitiis non indiget: quia sup omnia est diues
& summe bonus. Ideo christus motus pie
tate ad nos de celis descendit: nos visitauit:
quando carnem nostraz assumpsit: & tamẽ
nihil aliud petijt pro nostra redemptione ni
si ꝙ sit homini desponsatus. Juxta illud Osee
ij. Desponsabo eam mihi in fide. Verũta-
men pater noster mundus cui multi obedi
unt: cõtra hoc semper murmurat & allegat
Si deo adhereas: hereditatem meam id est
mundanam non habebis. quia impossibile
est deo seruire & mãmone. Mat. 6. Sz me
lius est nobis spernere mundum ꝙ societa
tem dei amittere. Juxta illud Mat. Qui
reliquerit patrem & matrem vxorem aut a
gros propter me centuplum accipiet & vitã
eternam possidebit. Quam nobis tribuere
dignetur Jesus christus filius dei viui qui
cum patre & spiritusancto regnat in sempi-
terna secula Amen.

De sequenda ratione
Capitulum. vj.

Erat quidam imperator potens
sed tyrannus qui quandam puel
lam regis filiam pulcram despõ
sauit. Facta desponsatione ambo ad inuicẽ
iuramentum fecerunt ꝙ si quis eorum pri-
us moreretur alter pre nimio amore seipsuz
occideret. Accidit semel ꝙ imperator iste ad
partes longinquas se transtulit & diu ibidẽ
moram traxit: volens probare vxorez ad eã
nuncium destinauit vt ei de morte sua dice
ret. Audiens hoc vxor propter iuramentuz
quod ante fecerat viro suo de alto mõte se
precipitauit vt moreretur. Verũtamẽ mor
tua non est. sed infra breue tempus sanitati
est restituta. Deinde iterato seipsam vole-
bat precipitare vt moreretur propter iura-
mentum quod fecerat. Pater eius hoc au
diens precepit vt precepto & iuramento vi-
ri non obediret. Illa vero nolebat ꝯsentire

Ait pater. Ex quo non vis mihi consentire z obedire celeriter extra societatem meam exeas. At illa. Nolo: z hoc per talem ratio nem probo. Cum autem quis iuramento ē obligatus tenetur adimplere. ego iuraui vi rō meo q̄ pro eius amore meipsam occide rem: ideo non deliqui si iuramentum imple re volo: ergo extra societatem tuam non de beo expelli. Item nullus debet puniri ꝓ eo quod est cōmendabile. Sed cum vir z vxor sint vnum in carne ꝫm deum cōmendabile est q̄ vxor pro amore sui viri moriatur. vn de in india erat aliquando lex q̄ vxor post mortem viri sui pre dolore z amore seipsam comburere deberet vel viua cum in sepul crum poni: Et ideo vt mihi videtur non de liqui quando meipsam interficio ꝓpt amo rem viri mei. Ait pater. Quando prius di xisti q̄ obligata iuramento fuisti zc̄. tale ob ligamentum non valet quia pretendit ad fi nem malum scʒ ad mortem. Iuramentum semper debet esse rationabile. z ideo iura mentum tuum nullum est. Ad aliam ratio nem quando dixisti q̄ istud est cōmendabi le q̄ vxor moriatur pro viro non valet. quia licet sint vnum in corpore per carnaleʒ affe ctionem. tamen in anima duo sunt que ab inuicem realiter differunt. z ideo non valet quod allegasti. Puella hoc audiens nō po terat vlterius arguere sed dictis patris ad hesit nec seipsam vlterius precipitare vole bat. nec amplius viro suo copulari

¶ Moralisatio

Carissimi. Rex iste est dyabolus. Puella est anima tam gratiosa ad dei similitudinem creata quaʒ dyabolus ei per peccatuʒ desponsauit. Vn de in peccato cōmisso facta conuentio ē q̄ si ipse mortuus erat per peccatum z in lon ginquis partibus. i. in inferno per superbiaʒ suam pollicitus est. sic vult q̄ anima pecca trix de alto monte id est de celo se precipitet in infernum. z sic erat ante aduentum chri sti. sed per christi passioneʒ est sanitati resti tuta. Verumtamen adhuc sepius intendit se precipitare quotiens contra diuinum prece ptum perpetrat. sed deus pater noster non vult vt precipitemur per peccatum sed vult per contritionem z confessionem vt totalit̄ ad ipsum conuertamur z firmiter nos in i pso teneamus z vitam eternam possidea mus

De inuidia maloꝝ aduersum bonos Capitulum. vij.

Dioclecianus regnauit. In cuius imperio erat quidam miles generosus qui duos filios habebat quos multum dilexit Senior filius contra voluntatem patris me retricem in vxorem duxit. Cum pater hoc audisset contristatus est valde. z illum a so cietate sua expulit. Iste sic expulsus in ma gna miseria est positus. tamen de meretrice vxore sua filium formosum genuit z ad ma gnam egestatem peruenit: misit nunciuʒ ad patrem suum vt misericordiam de eo habe ret. Pater vero cum audisset de eius mise ria comota sunt omnia viscera eius. miser tus est ei z cum eo reconciliatus est. Ipso reconciliato patri suo filium queʒ de vxore sua meretrice genuerat recōmendauit. pa ter vero ipsum quasi in filium propriū enu triuit. Hec audiens frater senior indignatus dixit patri suo. Tu es demens. z hoc ꝓbo tali ratione. Ille est demens qui filiuʒ in he redem accipit z nutrit qui ei iniuriam ma gnam fecit. sed frater meus qui illum pueꝝ genuit fecit tibi magnam iniuriam quando meretricem contra tuum preceptum despō sauit. ergo videtur q̄ tu es demens q̄ filiuʒ eius nutris z ei pacem dedisti. Pater ad hoc r̄spondit. Fili frater tuus est mihi recō ciliatus per magnam contritionem quam ha buit z propter preces alioꝝ: ideo oportet me filium suum diligere plus q̄ te. Hac ratōe. Tu sepius contra me fecisti z nunq̄ recon ciliatus es mihi: quia culpam tuam humili ter recognoscere noluisti. iam tu es ingra tus fratri tuo. ex quo velles ipsum a societa te mea expellere. imo potius deberes gau dere q̄ mihi est reconciliatus. z quia ingra tus es hereditatem meam non obtinebis. z illam quaʒ de iure habere debuisses: fr ater tuus occupabit: z sic factum est.

¶ Moralisatio

Carissimi. Per patrem istum pa trem celestem intelligemus. per duos filios naturam angelicam z humanam. Humana coniuncta erat me retrici. id est. iniquitati: quando de pomo ve tito contra diuinum preceptum comedit. vn

de a patre celesti erat homo expulsus. Fili us meretricis.id est.totum genus humanū quod per peccatum peruersum perierat. Il le filius eger factus est.quia post peccatū in hac lacimarum valle positus est. Iuxta illud in li. Gene.ca.iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Sȝ hic per christi passio nem est deo patri reconciliatus.z continue reconciliatur per opera meritoria z per pre ces sanctorꝝ qui quotidie pro genere huma no preces fundunt in celo. Psalmista. De siderium eorꝝ est oratio eorꝝ.sed alius frater scilicȝ dyabolus qui semper ē ingratus sem per nos impūgnat z de nostra rconciliatōe murmurat z allegat ꝙ propter peccatū he reditatem regni celestis non debeamus cō sequi.sed sine dubio si sancte iuste z munde in hoc seculo vixerimus alegatio sua nihil nobis nocebit imo partem suam.id est locū quem ipse in celis perdidit obtinebimus

¶ De vana gloria
¶ Capitulum.viij.

Leo rgnauit qui miro modo pul cras mulieres delectabaī videre. Unde fecit fieri in quodam tem plo tres imagines stantes z precepit omni bus in imperio vt eas adorarent. Prima imago habebat manum ad populum extē sam z in vno digito anulum aureum z su per digito erat superscriptio talis. Ego suȝ generosus in digito. Secunda imago bar bam aureaȝ habebat.z in fronte sic scriptū Ego suȝ barbatus si quis caluus fuerit ad me veniat z de pilis meis accipiat. Tercia imago clamidem aureaȝ habebat z tunicā de purpura.z in pectore eius erat scriptum caracteribus aureis. Ego sum qui neminē timeo. Iste tres imagines erant intertus la pidee. Cum autem fuissent cōplete ꝑm im peratoris voluntateȝ statuit pro lege ꝙ qui cunqȝ annulum vel barbaȝ auream z cla midem aufferret morte turpissima condem netur. Accidit quodam tempore ꝙ quidam tyrannus templum intrauit:viditqȝ prima imagineȝ cum digito extenso anulum de di gito extraxit. Deinde ad imaginem secun dam accessit z barbam auream ab ea ab stulit. Post hoc ad imaginem terciam ac cessit clamidem ab ea tulit z de templo re cessit. Populus cum imagines spoliatas vidisset statim imperatori denunciabat. Cū imperator hoc audisset contristatus est val de:transgressorem scilicet tyrannum coram se vocauit z super tali delicto arguebat ꝙ imagines contra preceptum suum spolia uit. At ille. Domine licitum est mihi respō dere. Qui ait: Mihi bene placet. Quādo templum intraui prima imago manum ad me extendit:habensqȝ in digito anulum ac si diceret:istum annulum accipe. Tamē ad extensioneȝ manus nolui recipere quousqȝ in digito superscriptionem legi.scȝ. Ego suȝ generosus.ecce anulus. Statim supscriptio nem intellexi ꝙ voluntas eius esset vt anu lum acciperem.z ideo accepi. Deinde ad secundam imaginem accessi:z cum eā bar bam auream habentem vidissem in corde meo cogitaui z dixi. Paī istius nunꝙ ta lem barbam habebat quia sepius euȝ vidi. z ꝙ sit altior ꝙ pater ratio non dictat. Bo num est z vtile barbam eius auream aufer re. Ueruntamen hoc non obstante barbaȝ volui extrahere quousqȝ superscriptioneȝ le gi. Ego sum barbatus quia si quis caluus fuerit ad me veniat z de pilis meis accipi at.sicut videtis caluus sum. Et ideo barbā auream propter duo abstuli: Unum est vt patri suo esset similis:z de barba aurea nō nimis superbiret. Secundo vt per pilos ei us capiti meo caluo subuenirem: Deinde ad terciam imaginem accessi que clamideȝ auream habebat. Clamidem abstuli eo ꝙ in hieme aurum est frigidum z imago est lapidea naturaliter lapis est frigidus.ideo si haberet clamidem auream esset addere fri giditatem frigido quod essȝ graue imagini Item si in estate clamidem haberet esset ni mis ponderosum. Adhuc ei propter ista nō abstulissem.donec superscriptioneȝ frontis legissem: Ego sum qui neminem timeo.cū vero tantam superbiaȝ in ea vidisseȝ vt hu miliaretur abstuli clamidem. Ait imperator Carissime quando lex erat data vt nullus imagines spoliaret. Nam erat in lege pro mulgatum ꝙ nullus ꝑpter aliquam cau sam imagines spoliaret: Et ideo quia te in tromisisti de eis que ad te non pertinebant. do ꝑ iudicio vt hodie in patibulo sis suspen sus. Et sic factum est

Moralisatio

[C]arissimi. Iste imperator est dominus noster ihesus xpus. Tres imagines sunt tria genera hominum in mundo in quibus deus delectatur iuxta illud. Delicie mee sunt esse cum filiis hominum. Si sancte et iuste viuamus deus nobiscum permanebit. Per primam imaginem que habet manum extensam debemus intelligere paupes ac mundi simplices qui si deberent in curia principum ac dominorum aliquid expedire. oportet vt manum extensam habeant ad dandum iudici munera. Unde munera oculos iudicum excecant. Si vero dicatur iudici vel suis ministris. quare a paupere accepisti. statim respondet. Nonne ego potero cum bona cōsciencia recipere quod mihi gratis offertur. Curialis erat in offerendo si munus suum non accepissem mihi esset pro rusticitate imputandum. et ideo ne talia de me dicerentur munus eius accepi. Per secundam imaginem intelligere debemus mundi diuites qui per gratiam dei ad diuitias sunt exaltati. Unde Ps. De stercore erigens paupem. statim ab emulis iudicatur. Ecce iste miser habet barbam auream id est plures diuitias quam habuit pater eius. opprimamus eum siue per phas siue per nephas iustum talem opprimūt et spoliant dicentes. Nos sumus calui id est diuitiis priuati bonum est vt rusticus iste diues nobis diuitias suas pticipet. imo sepius illum iugulant vt bona sua auferāt ad Thi. Cupiditas est radix omnium malorum. Per terciam imaginem cum clamide aurea debemus intelligere homines in dignitate cōstitutos sicut sunt prelati ecclesie et iudices terreni qui habent leges custodire. virtutes inserere et vicia extirpare. Unde malefactores qui noluerunt subiici discipline contra prelatos suos et seniores se erigunt ac conspirant dicētes. Nolumus hūc regnare sup nos Luce. Iudei videntes christum miracula facientes et eos arguere quod contra legē cōmitterent statim de morte eius conspirabant. Tales conspiratores et similes morte morientur. Studeamus ergo vitam nostrā sic corrigere vt vitam eternā possidere mereamur. quod nobis prestare etc.

De naturali malicia per mansuetudinē superanda

Capitulum. ix.

[A]lexander regnauit prudēs valde qui filiam regis syrie in vxorem accepit que filium pulcerrimum ei peperit. Creuit puer et cum ad etatē legitimam peruenisset patri suo semper insidias fecit et per omnia mortē eius quesiuit. Imperator de hoc admirabatur venit ad imperatricē et ait. Carissima dicas secure sine timore secretū cordis tui mihi verum de aliquo preter me polluta fuisti: at illa. O domine quare a me talia queris: qui respōdit Filius tuus semper mortem meam querit miror quod si esset filius meus talia nō attemptaret: at illa. Nouit deus quod nunquam ab alio preter te sum polluta: et hoc para sum per omnem viam probare. Iste est verus filius tuus: sed quare te persequitur penitus ignoro. Rex cum hoc audisset cum omni mansuetudine filio suo locutus est dicens. O bone fili mi ego sum pater tuus: per me mundū intrasti et heres meus eris quare mihi mortē minaris. in deliciis nutriui te et omnia mea tua sunt. desine inquit ab ista iniquitate et noli me occidere: Filius non acquiescēs dictis eius de die in diem malicia eius contra patrem crescebat et nitebatur semper occidere eum: publice et priuate insidias ei imponere. Pater hoc videns in locū desertū perrexit et filium suū secum duxit: portansque gladiū in manu sua dicens filio suo. Accipe gladium istum et interfice me hic: quia minus scandalum est tibi in occulto me occidere quam in publico. Filius hoc audiens statim gladium a se piecit et coram patre genua flexit cum fletu magno misericordiā ab eo petēs ait. O bone pater peccaui in te quia male egi: iniquitatem feci. Iam non sum dignus vocari filius tuus: peto vt remittas mihi et me diligas: āmodo ero filius tuus dilectus et per omnia secundum tuā voluntatē ministrabo tibi. Pater hec audiens cecidit super collū eius osculatus est eū et ait. O fili dilectissime āmodo non pecces esto mihi fidelis filius et ero tibi gratiosus pater. et hoc dicto induit eum vestimentis preciosis et cū secū ad domum duxit et magnū conuiuium satrapis imperij fecit. Post hec per paucos dies vixit et vitam in pace finiuit.

¶ Moralisatio

Charissimi. Imperator iste est dominus nr ihesus christus. Filius qui patrez persequitur est malus christianus qui est filius dei legitimus per virtutez baptismi. Mater pueri est sancta ecclesia a qua baptismū et nostram salutez accepimus quibus peccator peruersus et a deo per peccatum elongatus querit mortez christi. q ipse sit pater patet Deuter. xxxij. Nōne ipse est pater tuus zc. Totiens ergo christianus querit mortem christi quotiens contra preceptū dei perpetrat. Unde duxit te in desertum huius mundi in quo deserto non tantū obtulit se mori: sed mortuus est propter peccata nostra Unde propter eius amorem et tue anime salutem deberes resistere peccatis et ei fideliter seruire. Pater dedit ei gladium vt eū occideret. Sic deus dat tibi gladium hoc est liberum arbitrium portantem scz amorem eius et gratiam: vel simpliciter eum a te expellere. Fac ergo tu sicut fecit ille filius. proijce a te gladium iniquitatis et malicie: sicut fecit ille de quo legitur in euangelio. Filius peregre pfectus est in regionem longinquam. Sic peccator cum carnales voluptates diligit a domino peregrinatur. Et quanto peccando ipse sit dissimilior: tanto magis a domino suo elongatur. substantiā suam consumit dum vitaz z cogitationes turpibus actibus impedit. z sic in euāgelio dicitur de filio q egere cepit et adhesit vni ciui regionis illius. qui misit illum in villam suam vt pasceret porcos zc. Filius ille egere cepit quando virtutes per peccatum amisit. vnde Ps. Diuites eguerunt et esurierunt. Adhesit vni ciuium scz dyabolo. qz demones sunt ciues et rectores tenebrarum huius mundi iuxta Apostolū. Non est nobis colluctatio aduersus carnez et sanguinem zc. Porcus immundum est animal qz in sordibus delectaur. et ideo porcis demones comparantur. qz sordibus peccatorum saturabuntur. illos pascit peccator sordibus criminum suorum. et ipse est opus illorum. Silique sunt cibus peccatorum. sic fornicatio ebrietas z gulositas cibus demonū. De siliquis cupit peccator implere suū ventrem. quia nemo dat ei saturitatez. quia voluptas semper habet famaz suam. et dyabolus multotiens non dat homini sui desiderij facultatez. sciens autem eum esse mortuum per peccatum. Sed tamen dominus sepius per gratiam suam vibrat ab eo gladium iniquitatis et dicit. Miserē mei dum peccata recognoscit et dicit. Delictū meū cognitum tibi feci. sed deus miscdia motus est z occurrens cecidit super collum eius z osculatus est eum. dixitqz ad seruos. Cito afferte stolam primaz et induite illū et date anulum in manu eius et calciamenta in pedibus eius et adducite vitulum saginatum et occidite et manducemus. quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit. perierat et inuētus est. Sic pater celestis vidit errantē eum ad penitentiā se mouet. z iniecit se sup collū eius quando onus penitentie sibi imponit. eum osculatur quādo verbis oris sui delectatur in peccatore iuxta illud. Osculetē me osculo oris sui. Stola pria induit quando amor christi per penitentiaz habet. anulus in manu signat signaculuz similitudinis christi in bonis operibus. Ille ergo anuluz in manu portat qui in nullo opere a christo deuiat. Calciamenta in pedibus sunt exempla sanctorū qui mortui sunt. quia sicut calciamenta in pedibus animalium defendūt pedes ita exempla sanctorum animas. Vitulus saginatus est christus pro nobis imolatus in ara crucis. qz saginatus id est spiritusancti gratia repletus. et sic poteris per ciuitatem cordis tui ostendere vexillū boni militis christi scz vbi erat scriptum: Omnia preterenūt preter amare deum id est omnia peccata mea mala per penitentiam sunt deleta z iam dei timorē z gratiam eius mecū porto per quam vitam eternam obtinebo. ad quam nos perducat ihesus christus marie filius qui in vnitate cum deo patre zc.

De sponsatione anime fidelis Capitulum. x.

Vespasianus regnauit qui diu regnauit sine prole. tandē per consilium sapientiū quandā pulcraz puellam de longinquis partibus mundi in vxorem duxit et cum ea in patria extranea diu remansit prolem ex ea genuit. post hec ad imperium suū accedere volebat. sed nullam licentiam poterat obtinere sed semper

dicebat. Si a me recedis meipsaʒ occidere volo/ Imperator cū hoc audisset fecit fieri duos anulos optimos et sculpsit imagines in gēmis huius efficacie vt eēt imago memorie et altera imago obliuionis. Cūqʒ paribus anulis eas inseruisset vnum anulum scʒ obliuionis prebet vxori. alterū ipse tulit vt sicut pari amore sic paribus anulis scʒ insignerentur. Vxor cum anulum accepisset statim cepit obliuisci amoris viri. Impator hoc videns ad imperiū cum gaudio se transtulit.nec vlterius est ad vxorem reuersus. et sic in pace vitam suam finiuit.

Moralisatio

Arissimi. Per istū imperatoreʒ debemus intelligere animā humanam quaʒ oportet assumi ad propriam patriam hoc est ad regnū celeste ad hoc vt saluteʒ finalem consequatur.ideo ait. Ps. Saluum me fac deus ꝛc. Vxor est nostra caro que retinet animā in multis delectationibus per q̄s non poterit ad vitaʒ eternam transire vbi anime conuersatio est et imperium eius et totum desiderium. Et quare non permittit eam. quia caro concupiscit aduersus spiritum et econuerso. Fac ergo tu sicut fecit impator. Fac duos anulos scʒ memorie ꝛ obliuiōis Isti duo anuli sunt oratio et ieiuniū. Vtrunqʒ enim in effectu suo caret termino. Signum infallibile in multis terris est ꝙ mulier si portat anulū desponsata est. Et reuera quando homo se dat orationi et ieiunio signum est ꝙ anima eius est sponsa christi. Oratio auteʒ est anulus memorie.qr precepit apostolus dicens. Sine intermissione orate. Vtitur ergo hō oratione dominica vt deus memoriam eius habeat.imo angelus eam presentabit. Exemplo Thobie. Ieiuniū potest dici anulus obliuionis.qr retrahit et refugit ipsaʒ carnē ne impediat vsū rationis et opus meritoriū per que itur ad deum. Studeamus ergo istos anulos sic nobiscum retinere vt vitam eternam consequi mereamur

De veneno pc̄ti quo quotidie nutrimur
Capitulum.xi.

Lexander regnauit potens valde qui magistrū Aristoteleʒ suū doctoreʒ habebat qui eum in oī sciēntia instruebat. Hoc audiens regina aquilonis filiam suā a tēpore sue natiuitatis veneno nutriuit. ꝛ cum peruenisset ad legittimam etatem erat tam pulcra ꝛ oculis hominum gratiosa ꝙ multi per aspectuʒ eius infatuati sunt. Regina eaʒ ad Alexandrum misit vt eius concubina fieret. Visa puella statim captus est in amorē eius et dormire cū ea volebat. Hoc percipiens Aristoteles dixit ei. Nolite talia attemptare que si feceritis in ꝯtinēti moriemini eo ꝙ ipsa sit toto tempore vite sue veneno nutrita. Qꝫ auteʒ verum sit probabo statim. Hic est quidam malefactor qui per legem debet mori cum ea dormiat et tunc si verum est videbitis. ꝛ sic factū est. Malefactor osculatus est eaʒ corā omnibus statim cecidit ꝛ mortuus est Alexander hoc percipiens magistruʒ miro modo laudauit qui eum a morte liberauit. puellam matri remisit.

Moralisatio

Arissimi. Iste alexander potest dici quilibet xpianus bonus fortis ꝛ potēs per virtutes quas in baptismo recepit.qui potens est et fortis q̄diu manet in caritate et puritate vite cōtra dyabolum mundum et carnem. Regina aquilonis est abundantia rerum que hoīem querit occidere spiritualiť aliquando sepius corporaliter. Puella itoxicata est luxuria et gula que nutriuntur ex cibariis delicatis que sunt venena anime. Aristoteles est tua cōscientia siue ratio que semper murmurat ꝛ contradicit illis que sunt anime nociua ꝛ te impedit ne cū talibus imiscearis. Malefactor est vir puersus deo inobediens qui magis sequiť delicias carnis q̄ diuina precepta.talis tota die in peccatis dormit osculando id est tangendo gulaʒ et luxuriā per quos tactus spiritualiter occiditur. vnde sapiens. Qui tangit piceʒ coinquinabitur ab ea. Studeamus ergo sobrie viuere ꝙ poterimus ad eternam peruenire vitam.

De malo exemplo
Capitulum.xij.

To regnauit. In cuius imperio erat quidā sacerdos lubricus qui propter hoc multotiens subditos suos pturbauit.et per hoc scādalisati multū erant. Erat vnus parrochialium suorū qui nunq̄ interesse voluit misse ipsius dū cele=

bravit. Accidit quodam die festiuo q tempore misse eius solus in campo deambularet et miro modo sitiebat intantum q videbatur ei nisi sitim extingueret moreretur. Accidit dum ambularet venit ad quendam riuulum purissimi fontis in quo viso incepit haurire et fortiter bibere. sed cum gustasset quanto plus bibit tanto plus sitiebat. intra se admirabatur dicens fontem huius riuuli querere volo vt de fonte bibam. Dum autē ambulasset obuiauit ei quidā senex pulcer valde et ait ei. Carissime quo tendis. qui ait. Ultra q̄ credi potest sitio. inueni vnum riuulū aque de quo bibi et quanto plus bibi tanto plus sitiebā. ideo fontem huius riuuli quero vt de fonte bibam si sitim extinguere possim ait senex. Ecce hic est fons de quo riuulus procedit. sed dic mihi quare cum aliis christianis ad audiendā missam ecclesiam non intrasti. qui respondit. Uere domine sacerdos noster execrabilē vitam duxit q ipsum non credo missas mundas celebrare et deo placidas. ad quē senex. Sit ergo vt tu dicis Ecce fons de quo tā dulcis aqua riuuli procedit de cuius riuulo bibisti. Respexit ille. vidensque canem fetidissimum habentem os apertū per cuius os et dentes totius fontis scaturitio emanabat mirabiliter. Quod dū ille perspicacius agnouisset mente cōfusus expauit toto corpore pertremescēs propter fetorem nō audebat gustare et miro modo sitiebat. Quem senex intuens ait illi. Noli timere quia potasti de riuulo huius fontis. nullam enim molestiam tibi generabit. Ille hoc audiens gustauit sitim extinguit et ait. O domine tam dulcem aquā homo nunq̄ bibit. ait senex. Uide modo quemadmodū hec aqua per os canis fetidi obseruato colore proprio et sapore nec polluitur nec mutatur. Carissime sic ē de missa per indignū sacerdotem celebrata. Et ideo q̄uis tibi displiceat vita talium sacerdotū. tamē missas illorum debes audire. His dictis senex euanuit ab eo. et quod viderat aliis reuelauit. Et post hoc missas deuote audiuit. et hanc vitam transitoriam et instabilem ad quietem terminum deduxit. quia a corruptibili vita ad incorruptibilem translatus est. Quod nobis concedat ihesus christus marie filius.

¶ Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est dominus noster Ihesus christus in cuius imperio scz in mūdo est sacerdos lubricus id est christianus puersus. Quia sicut sacerdos habet animas parrochianorum custodire. sic et christiani virtutes quas in baptismo receperūt habent regere ac diligenter custodire ne polluantur. Iste malus sacerdos multos perdit malo exemplo Unde beatus Gregorius. Quot mala exempla coram subditis cōmittunt tot aīas perdunt. sic malus christianus verbo et opere multos ad infernum trahit. Si talis fueris fac sicut fecit ille parrochianus. ambula per campos id est per regna et castra donec venias ad vnū quem diligit anima tua scz illū senem. Senex est christus quem inuenies per opera misericordie. sed prius oportet te bibere de riuulo licet non extinguas sitim. Riuulus iste de quo bibimus ē baptismus qui tantum sitim originalis peccati extinxit sed si iterato incideris in peccatum amplius per eū extingui non poteris donec procedas ad istum fontem. Fons iste est dominus noster ihesus christus sicut de seipso ait. Ego sum fons aque viue salientis in vitā eternā Iohā. iiij. Riuuli vel vene istius fōtis sunt verba sacre scripture. quia sepius procedūt per os fetidissimi canis. hoc ē sacerdotis predicatoris peccatoris. Querendū est ergo. cur scaturitio puri fontis per os fetidi canis et nō alterius aīalis manauerit. Responsio. Sepius in sacra scriptura sacerdotes comparantur canibus. Et sicut in cane sunt q̄tuor bona iuxta versus istos. In cane bis bina sunt et lingue medicina. Naris odoratus amor integer atque latratus. Sic et sacerdotes ydonei circa salutem animarum in foro predicationis penitentie et cōfessionis quatuor has proprietates fideliter debent obseruare Primo q sint medici in lingua mulcendo videlicet et lingendo vulnera peccatorū ne nimis aspere detergentur Uulnera enim et vlcera canes lambunt. Secundo sicut canis per odorem narium vulpem siue leporē inuestigat. sic sacerdos in odore confessionis vulpinas caliditates id est hereticas puersitates siue falsitates quo ad pcti detentionem et leporinas timiditates quo ad peccati detestationē aut venie desperationē. et lupinā

et leoninam ferocitatem quo ad venie con
temptū. et alia huiuscemodi solerter z sub-
tiliter inuestigat. Tercio sicut canis fidelissi
mum animal esse scitur. q pro domino suo
ac pro familia domini et eius aialibus ac
contra malos homines periculose exponit.
Sic sacerdotes pro fide catholica et pro sa
lute animarū non solum parrochialiū suoꝝ
sed etiam omnium fidelium christianorum
corpus et animam debent expendere confi
dent iuxta verbū domini Johā. x. Bonus
pastor animaʒ suam ponit pro ouibus suis
Item Johā. j. Christus animam suam po
suit pro nobis. ita et nos debemus animas
ꝓ fratribus ponere. Quarto sicut canis suo
latratu fures prodit et thesaurū domini sui
ipsos tollere non permittit. Sic sacerdos fi
delis est canis summi regis. latratu predica
tionis. vigilantia iugis orationis. furtum id
est insidias z dyabolicas machinationes de
thesauro domini sui id est de anima ꝓximi
sui quam sūmo thesauro id est precioso san
guine suo redemit dominus ihesus christus
propellere non desistit.

De amore inordinato Capitulum. xiij.

Quidam imperator erat qui pul
cram vxoreʒ habebat quā miro
modo dilexit. Ipsa primo anno
concepit et peperit filium quē mater multū
dilexit intantuʒ q singulis noctibus in vno
lecto iacebat cum eo. Cum autem in etate
tres ānos compleuisset mortuus est rex de
cuius morte factus est dolor magnus. Re-
gina multis diebus mortem eius planxit.
Cum aūt sepulture traditus fuisset regina
per se in castro quodaʒ vixit. habensqʒ filiū
suum secum. dilexit tantum pueruʒ q eius
presentia carere nō posset. ambo simul con
tinue iacebant donec puer. xviij. annos in e
tate cōpleuisset. Uidensqʒ dyabolus amoreʒ
tantum inter matrem et puerū eius eos ad
opus nephariū solicitauit intantuʒ q filius
matreʒ cognouit. Regina vero statim con-
cepit. Cum autem impregnata esset filius
totum regnum pre dolore dimisit et ad par
tes longinquas accessit. Mater vero cum
tempus pariendi esset filium pulcerrimum
peperit vidensqʒ pullum natum statim illū
iugulauit scindens guttur eius per mediuʒ
et sanguis gutturis ipsius pueli in palmaʒ
sinistre manus regine cecidit. Et facti sunt
quatuor circuli rotundi in hac forma oooo
Regina nulla arte potuit circulos euellere
de manu et propter hoc intantum verecun
dabatur q semper habuit in illa manu ciro
thecam ne circuli viderentur. Regina ista
beate virgini erat satis deuota z tamen tan
tum verecundabat q ex proprio filio con-
ceperat et filium propriū occiderat q nullo
modo de hoc confiteri volebat et tamen oī
quindena de ceteris peccatis erat confessa
Regina ista largas elemosinas pro amore
beate virginis marie distribuit et ab oibus
erat dilecta quia omnibus graciosa. Accidit
vna nocte q cum eius confessor corā lecto
suo flexis genubus quinquies Aue maria
diceret apparuit ei beata virgo et ait Ego
sum virgo maria habeo tibi aliqua secreta
dicere. Cōfessor gauisus est valde z ait. O
domina carissima dic seruo tuo que tibi pla
cent. que ait. Regina regni istius tibi confi
tetur tamen vnum peccatum cōmisit quod
tibi nō audet pandere pre nimia verecūdia
Hec vero crastina veniet ad te causa con-
fessionis dic ei ex parte mei q elemosine
sue z orationes in ɔspectu filij mei sunt pre
sentate et accepte. precipio ei q de illo pctō
confiteatur quod priuate in camera sua cō
misit quia filium vnicuʒ occidit. rogaui pro
ea et remissum est ei peccatum si confiteri
voluerit. Si vero dictis tuis noluerit acqui
escere roga eam vt cirothecam de manu si
nistra deponat et in palma eius peccatum
cōmissum non confessū videbis. si hoc no-
luerit cirothecaʒ vi extrahe. His dictis btā
virgo maria euanuit. Hanc vero regina
satis humiliter cōfitebat de omnibus pctīs
excepto illo peccato Cum autem omnia ei
dixisset que ei placuerunt. ait ɔfessor. Do-
mina z filia carissima multi multa loquunt.
quare semper in manu sinistra vteris ciro-
theca audacter mihi manum ostende si po
tero videre si liceat aliquid quod deo non
placeat. At illa. Domine manus mea non
est sana et ideo vobis eam ostendere nolo.
Ille hoc audiens per brachium eam acce
pit et ea inuita cirothecam extraxit et ait.

Domina noli timere beata virgo maria q̄
te intie diligit mihi hoc agere precepit. Cu
vero manum apertā vidisset vidit quatuor
circulos sanguineos ac rotūdos. In primo
circulo erant quatuor cccc. In secūdo qua
tuor dddd. In tercio quatuor mmmm. In
quarto circulo q̄tuor rrrr. In circuitu circu
lorum ad modū sigilli erat talis supscriptio
rubea continens que hic sequunt. Item de
litera c scȝ. Casu cecidisti carne ceccata De
d. Demoni dedisti dona donata. De m.
Monstrat manifeste manus maculata.
De r. Recedit rubigo regina rogata. Do
mina regina cum hoc vidisset ad pedes cō
fessoris cecidit et cū lacrimis humiliter con
fitebatur de illo peccato cōmisso. Accepta
absolutione et p̄nia completa post paucos
dies obdormiuit in domino. de cuius morte
factus est planctus magnus in ciuitate.

¶ Applicatio

Karissimi Imperator iste est ihesus
christus qui desponsauit filiā pul
cram scȝ naturaȝ humanā quādo
carnem nostraȝ assumpsit. sed prius eam in
amasiam accepit quando pater filio et spūi
sancto loquebatur dicēs. Faciamus hoiem
ad imaginem et similitudineȝ nostraȝ. Sed
heu prochdolor postq̄ dominus nr̄ ihesus
christus genuit nobis pulcerrimū filium id
est animam ab omni contagione mundatā
per suam passionem et virtutem baptismi.
Aīa in nobis per pc̄m est occisa quantuȝ
ad vitam eternaȝ. Sed dic mihi quomodo.
Ecce viā vobis ostendo. Homo habet pro
prium filium secum ⁊ cū eo iacet in deliciis
id est in carnali concupiscentia intantum q̄
te sciente et consentiente proprium filiū tuū
id est aiam siue rationem iugulas per quā
deberes sensus tuos dirigere. sed sāguis id
est peccatū semper in manu remanet. iuxta
illud. Aīa mea in manibus meis semper.
hoc est dictuȝ. Si bene vel male fecerimus
ita manifeste sicut in manu corā iudice su
premo ostendetur.

Alia applicatio

Ista regina est natura humana q̄ in primo
parente scȝ adam erat plantata que cōcepit
ex filio hoc est ex delectatōe carnali quādo
de pomo comedit. tunc genuit filium id est
totum genus humanū quod ipsa per pc̄m
occidit. Unde sanguis noster id est peccatū
nostrum tam notorium erat q̄ nullo modo
celari poterat nisi per cirothecā id est nr̄aȝ
fragilitatem et dyaboli deceptionē. ⁊ nunq̄
poterat per nos deleri nisi per xp̄i passionē
Et quomodo. Ecce via ista. Confessor id
est spiritussanctus beatam virginē visitauit
de quo ipsa concepit filium id est christum
dominū nostrum per quam saluati sumus
tamen in manu erant quatuor circuli. Pri
mus est cogitatio que peccatū precedit. se
cundus est delectatio. tercius est consensus
q̄rtus est actus peccati. Istis circulis erat
adam signatus quādo peccauit. et nos oēs
quando peccatū cōmittimus. In primo cir
culo erant quatuor c que dicebāt. Casu ce
cidisti carne ceccata. Casus erat dyabolus.
quia totum genus humanum erat perditū
Cecidisti. vbi. Ecce in infernum. Carne id
est cū frigore infirmitate et miseriis multis
In padiso fuisti creatus sine omni defectu
et propter primi parentis peccatum in istis
miseriis es inuolutus. Ceccata id est cecus
factus es. Ubi dum homo in paradiso iam
propter peccatum illa visiōe caret. In scd̄o
circulo erant quatuor d. que dicebant. De
moni dedisti dona donata. Quid ei dedisti.
Certe animā tuam quando mortaliter pec
casti. Hec primus parens dedit quando de
pomo vetito comedit dona donata id ē vir
tutes cū quibus te deus ornauit i baptismo
illas dyaboli dedisti per quatuor m. que di
cebāt. Mōstrat manifeste id est iam satis
aperte patet in qua miseria sumus positi. q̄r
primo creati eramus vt nunq̄ moreremur.
sed propter peccatū mortales facti sumus.
Manus maculata id est oia opera nostra
quantumcunqȝ bona. quoniam per christi
passionē non poterunt nos defendere quin
totum genus humanum ad infernū descen
dat. In quarto circulo erāt quatuor r. que
dicebant. Recedit rubigo regina rogata id
est recessit onus peccati per christi passiōȝ
rubigo id est pc̄m originale per baptismū.
Regina id est virgo maria per sanctā con
ceptionem quam concepit de spiritusancto
Rogata quia ipsa est mediatrix inter deuȝ
et hominem. Deinde per conceptioneȝ filij
sui. per eius natiuitatem circumcisionem et
passionē. necnon per sanctam resurrectionē

et ascentionē ad vitam eternã nos pducat.

¶ De honorandis parentibus

Capitulum.xiiij.



Ptolemeus regnauit: et statuit p lege q filij parentes suos alerent et sustentarent. Erat in imperio tunc ipis quidam miles qui vxorem pulcrã et honestam acceperat ex ea filium genuit. Profectus est miles ad peregrinandũ in via est captus et fortiter ligatus: statim scripsit vxori sue et filio pro redemptione sua: vxor hec audiens cõtristata est valde: fleuit amare intantum q ceca facta est. Ait filius matri. Volo ire ad patrem meum vt eum redimam a vinculis: respondit mater. Non ibis qr tu es vnicus filius meus et gaudiũ meum et dimidiũ anime mee et posset tibi contingere sicut z sibi: malles tu patrẽ absentem redimere q matrem presentẽ alere Quotiens ita est q aliquid est equale duobus ei qui est presens magis est adherendũ, tu es filius meus et patris tui: ego vero sũ presens et pater tuus absens: cõcludo ergo q nullo modo debes recedere a me z visitare patrem tuũ. Filius respondit et multũ bene. Licet sim filius tuus tamen pr meus est causa principalis generationis mee: ille agens tu patiens: pater profectus est pgere tu vero domi sedes. Ille vero captus z fortiter vinculatus est: tu libera. Ille in manibus inimicorum: tu inter amicos. Ille inclusus: tu soluta. Tu vero es ceca: tamen ille lucem nõ videt nisi cathenas vulnera et miserias: et ideo ad eum pergere volo et ipsũ redimere: z sic factum est. vnde omnes filiũ laudabant quia sic pro redemptione patris laborauit.

¶ Moralisatio



Carissimi. Imperator iste est pr celestis qui statuit p lege q filij parentes sustentẽt in omnibus z eis obediant. Sed quis est pater noster et mater. Certe pater noster xp̃us est Deut. xxxij. Nunquid non iste est pater tuus. ipse habet ad nos affectum paternum non maternum. Scitis q quando puer transgredit pater dure eũ corrigit verberat z flagellat: sed mater eũ dulciter leniter et suauiter tractat. Christus autẽ permittit nos flagellari et angustiari propter defectus nostros: ipse est pater noster spiritualis: sed mater nostra est mundus iste qui dulcia nobis promittit et dat delectabilia: sed pater noster christus pgere profectus est: vnde Ps. Extraneus factus sum fratribus meis. Adhuc christus ligatur et flagellatur non in se sed in membris suis sm apostolũ ad Hebr. Quicunq3 est in peccato mortali ipse iacet in carcere dyaboli: sed pater noster vult vt laboremus pro redemptiõe: vnde Lu.xij. Sinite inquit dominus mortuos sepelire mortuos suos. tu autem vade et annuncia regnum dei: et hoc est christum redimere Quicunq3 enim fructuose verbũ dei predicat lucratur frẽm suum et redimit in fratre christum Math xxj. Qd vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Sed mater id est mundus non permittit hominẽ sequi christũ in paupertate: sed promittit diuersa et allegat. Non possũ viuere in abstinentia si eligas viã penitẽtie vt sequaris christũ: et sic de multis que homĩ proponit: sed non cõsenties ei. Vere mater ista ceca est ipsa dicit tibi. Fruamur bonis que sunt et vtamur creatura tanq in iuuentute celeriter. Sed carissime si tu es bonus et gratus filius responde sic mr̃i id est mũdo Pater meus est principalis causa generationis mee id est anime: z omnia que habeo ad eius voluntatẽ sunt: sed mater est causa secundaria id est patiens: hoc est diuitie et superbia huius mundi. Consulo vt non expectes senectutẽ in penam et cecitatem: qr in senectute mõs relinquet te tu nõ mundũ si diutius possis seruire sibi ipse te retinet. Studeamus ergo cum omni diligẽtia vitã nostram emendare q poterimus ad vitam eternam peruenire. ad quam nos perducat deus qui viuit et regnat zc.

¶ De vita sancti Allexij filij Eufemiani imperatoris

Capitulum.xv.

Quidam imperator erat in cuius impio scz in ciuitate romana fuit quidã iuuenis nomine Allexius filius Eufemiani nobilissimi romani: et in aula imperatoris primus. cui tria milia puerorum assistebant: et zonis aureis cingebantur: et vestimentis sericis induebantur. Erat autem predictus Eufemianus valde mificors: z singulis diebus i domo sua tres

mense pauperibus. orphanis. peregrinis et viduis parabantur quibus strenue seruiebat. et hora nona ipse cum viris religiosis cibum in timore domini capiebat. Cui vxor nomine abael eiusdem eius religionis ac proposití erat. Cum autem filium non haberet ad preces tamen suas domino contulit eis filium. post quem ipsi deinceps in castitate viuere firmauerunt. Traditur igitur puer liberalibus disciplinis imbuendus cum omnibus philosophie artibus ipse floreret et iã ad puberem etatem veniens. puella de domo imperiali eligitur et ei in coniugem copulatur. Venit nox in qua cum sponsa suscepit secreta silentia: tunc sanctus iuuenis spõsam suam cepit in dei timore instruere. ac ipsum ad virginitatis prouocare pudorem. deinde anulum suum aureum et caput balteí quo cingebatur sibi seruandum tradidit dicens: Suscipe hec et serua donec deo placuerit: et dominus sit inter nos. Post hec de substantia sua accipiens ad mare discessit. Ascendensq; occulte nauium laodiciam vsq; aduenit. inde pergens in edissam ciuitatem syrie profectus est. Ubi imago domini nostri Jesu christi sine humano ope facta in syndone habebatur. Quo perueniẽs omnia que secum detulerat pauperibus distribuit et vestimenta vilia induens cum ceteris pauperibus in atrio dei genitricis marie sedere cepit et de elemosynis quantũ sibi sufficere poterat sibi retinebat. cetera vero aliis pauperibus erogabat. At pater de cessum filij ingemiscens per vniuersas mũdi partes pueros suos misit qui eum inquirerent diligenter: Quorum dum aliqui ad ciuitatem edissam peruenissent ab eo cogniti minime eum cognoscentes eidem cum ceteris pauperibus elemosinas tribuerũt quas ille accipiens deo gratias agit dicens. Gratias ago tibi domine quia a seruis meis elemosynam recipere me fecisti. Reuersi pueri nunciant quod nusquam reperiri valeat. Mater igitur sua a die recessus sui saccum in pauimento cubilis statuit: vbi eiulans lamentabiles voces dabat dicens. Hic semper in luctu manebo: donec filium meum recuperauero. Sponsa vero ad socrum suum dixit. donec audiã de sponso meo dulcissimo ad instar turturis manebo tecum. Cum ergo Alexius in predicto atrio. xvij. annis in seruitio dei permansisset. imago tandem beate virginis qua ibidem erat custodi ecclesie dixit. Fac introire hominem dei quia dignus est regno celorum et spiritus dei requiescit super eum. Nam oratio eius sicut incensum in conspectu dei ascendit. Cum autem custos de quo diceret ignoraret. iterũ dixit ei. Ille qui sedet foris in atrio ipse est. Tũc custos festinus exijt et ipsum in ecclesiã duxit. Quod factum est cunctis innotesceret. et ab omnibus venerari cepisset humanam gloriam fugiens inde recessit: Ibiq; nauim ascendens cum iret tharsim cicilie vellet pergere: dispensante deo nauis a ventorum pulsione portum deuenit. Quod cernens Alexius ait intra se In domo patris mei ignotus manebo nec alteri onerosus ero. Patrem vero a palacio redeuntem multitudine obsequentium circumdatum obuium habuit ac post eam clamare cepit. Serue dei me peregrinum in domo tua suscipi iubeas: et de micis mense me nutriri facias vt tui quoq; peregrini dominus digneť misereri. Quod audiens pater ob amorem filij sui eum suscipi iussit et locum proprium in domo sua tribuit et cibum de mense sua constituit et ministrum proprium delegauit: Ipse aũt in orationibus perseuerabat et corpus suũ ieiuniis macerabat. Famuli autẽ domus ipsũ deridentes aquam vtensilium domus sup caput eius frequenter fundebãt. sed ipse ad oĩa valde patiẽs erat. Alexius. xvij. annis in domo patris eius ignotus manebat. vide ergo per spiritum quod terminus vite appropinquaret cartam cum atramento petijt et totũ ordinem vite sue scripsit. Dominica igiť die post missarum solennia in sanctuario de celo vox intonuit dicens. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis etc. Quod audientes omnes in facies suas ceciderunt. et ecce vox secundo dicens Querite hominẽ dei vt oret pro roma. Querentibus illis et minime inuenientibus iterum dictum est. In domo Eufemiani querite. Requisitus ille nihil se scire dicebat. Tunc imperatores Archadius et Honorius vna cum summo põtifice Innocentio ad domũ predicti viri venerunt. et ecce vox ministri alexij ad dominum suũ venit dicens. Uide domine ne ille

peregrinus noster sit qui magne vite z pa-
tientie homo est. Currens igitur Eufemia-
nus eum defunctum inuenit z vultū eius
tanq̄ vultum angeli rutilantem vidit. volu
itq; cartam quam in manu habebat accipe
re sed nequiuit. Exeunte ergo eo cum hoc
imperatoribus z pontifici retulisset z illi ad
eū intrassēt dixerūt q̄uis peccatores sumus
gerimus tamē regni gubernacula z habe-
mus curā vniuersalē rgiminis pastoralis. da
ergo nobis cartā vt sciamus que scripta sūt
z accedens pontifex. cartam in manu sum
psit z statim dimisit. fecitq; eam legi coram
omni populo z multitudine z patre eius.
Eufemianus hoc audiens nimio timore cō
turbatus resolutisq; viribus in terram ceci-
dit. Cum vero ad se aliquantulum redisset:
vestiméta sua scidit: cepitq; canos capiti sui
euellere barbam trahere atq; semetipsum
discerpere ac sup filium suum corruens ex-
clamauit. Heu me fili miquare me sic con-
tristasti: z per tot annos dolores z gemitus
ac suspiria incurristi. Heu me miserrimum
quia video te custodem senectutis mee in
grabato iacentem z non mihi loquentem.
Heu me qualem de cetero consolationem
habere potero. Mater vero hoc audiens
quasi leena rumpens rete: ita scissis vesti-
mentis coma dissoluta ad celum oculos le
uabat z cum pre nimia multitudine ad san
ctum corpus adire non posset clamauit di-
cens. Date mihi aditum vt videam conso-
lationem anime mee qui suxit vbera mea.
z cum peruenisset ad corpus incumbēs su
per illud clamabat. Heu me fili mi carissi-
me lumen oculoꝝ meoꝝ quare sic nobis fe
cisti: quare tam crudeliter nobiscum egisti.
Uidebas patrem tuum z me miseram la-
chrimantes: z non ostendebas teipsum no-
bis serui tui: iniuriabant tibi z sustinebas. z
iteruz atq; iteꝝ ꝓsternebat se super corpus
z nunc brachia super illud extendebat: nūc
autem manibus vultum angelicum cōtre-
ctabat osculans clamabat. Plorate mecū
omnes qui adestis: qui per. xvij. annos euz
ī domo mea habui z nō cognoui quia vni
cus meus esset. Serui enim eius ꝯuiciabā
tur ei alapis eū percutiebant Heu me quis
dabit oculis meis fontem lacrimaꝝ. vt plan
gam die ac nocte dolorem anime mee. Spō
sa vero eius induta veste adriatica cucurrit
plorans z dicens. Heu me quia hodie deso
lata sum z appareo vidua. iam non habeo
in quem prospiciam: nec in quez oculos me
os leuem nunc raptum est speculum meuz
perijt spes mea: ammodo incepit dolor que
finem non habet: populus autem audiens
hec lacrimabiliter flebat. Tunc pontifex cū
imperatoribus posuerunt corpus in hono-
rato feretro z duxerunt in ciuitatem medā
z nunciatum est populo inuentum esse ho
minem dei quem ciuitas tota querebat. Et
omnes obuiam querebant sancto. Si quis
infirmus illud corpus sacratissimum tange
bat ꝓtinus curabať. Ceci visum recipiebāt
Demoniaci liberabantur: z omnes infirmi
a quacunq; infirmitate detenti tacto corpe
curabanť. Imperatores tanto miracula vi-
dentes ceperunt per se cum pontifice lectū
portare vt z ipsi sanctificarenť ab eodez cor
pore sancto. Tunc imperatores iusserūt co
piam auri z argenti in plateis spargi vt tur
be occuparenť amore pecuniarum z sine-
rent corpus sanctum perduci ad ecclesiam:
sed plebs amore pecuniaꝝ deposito magis
ac magis ad tactum sanctissimi corporis ir
ruebāt: z sic cum magno labore ad templū
sancti Bonifacij martyris tandem ipsuz ꝑ-
duxerunt: z sic per septem dies in laudibus
dei persistentes opati sunt monumentuz ex
auro z gēmis preciosisq; lapidibus in quo
sanctissimum corpus cum magna venene-
ratione collocauerunt. De ipso quoq; mo
numento ita suauissimus odor flagrauit: vt
omnibus videreť aromatibus plenū. Obijt
circa annum domini. cccxxviij.

Moralisatio

Carissimi. Eufemianus iste pōt
dici quilibet homo mundanus:
qui habet filium quem miro mo
do diligit: z quem studet die ac nocte ꝓmo
uere: dat ei vxorem scz mundi vanitatem in
qua delectetur sicut sponsus cū sponsa imo
sepius magis delectatur cum mundi vani-
tate q̄ vir cum vxore: quia sepe ꝓpter mun
dana homo vitam suam amittit. Mater ē
mundus iste qui miro modo diligit filios
mundanos. Sed filius bonus sicut beatus
Alexius magis studet deo placere per oia.
q̄ parentibus z mundi vanitatibus vt pote

rit illud mereri quod dicitur. Qui dimiserit agrum aut domum patrem aut matrez aut vxorem ppter me centuplum accipiet z vitam eternam possidebit. Alexius nauim accepit zc. Nauis ista est sancta ecclesia per quam nos oportet ascendere si volumus vitam eternam obtinere: z vestimenta pciosa scz seculi pompas deponere: z inter pauperes.i.humiles residere verbo z ope. custos qui cum in ecclesiaz introduxit est discretus confessor qui habet peccatorem instruere. ad noticiam sacre scripture introducere Ut melius poterit a nociuis anime precauere. Sed sepe ventus surgit z ducit hominem ad patriam ppriaz sicut fecit sancto Alexio: ventus iste est temptatio dyabolica que nititur die ac nocte hominez a bono ope impedire. Si ergo sentias te per aliquam temptatõez inuolutum: fac sicut fecit sanctus alexius: induas te forma peregrini: hoc est vtutes veri peregrini debes habere vt non posses a patre carnali nec a mundo aliter cognosci. nisi qz homo dei sis: Sz sepe cum talis vitã pnie eligit dolent parentes z multum tristant cum viderint filios coz mundũ spernere: z paupertatem p amore dei diligere. Sed tutius est eos offendere qz viam pfectionis derelinquere. Quere ergo cartaz.i. testimonium psciencie qd deo fideliter ministrasti: tunc venit summus pontifex cum impatoribus.i.xps cum multitudine angeloz: z ducet animaz tuam ad ecclesiam sancti bonifacij.i. ad vitam eternaz vbi abundat omnis bonitas scilicet gaudium

De vita exemplari Ca.xvj

Legitur de quodaz impatore romano pstruente sibi basilicaz optimam z fodiens in fundamento palacij inuenit sarcophagum aureum tribus circulis circumdatuz z super sarcophagum erat supscriptio. Expendi. donaui: seruaui habui. habeo. perdidi. punior. Primo quod expendi habui quod donaui habeo: Imperator cum hoc audisset satrapas imperij vocauit z ait. Ite z inter vos psulite: quid ista superscriptio significz. At illi: Domine Nihil aliud erat supscriptio nisi istud: Erat vnus imperator ante te qui alijs exẽplum dare volebat vt eius vitam sequerentur. Expendi vitam meam recte iudicando alios regulando. meipsum scdm rationem donãdo. Donaui [illegible]ibus necessaria. pauperibus victual[illegible] cuiqz z mihiipsi sm merita seruaui in omnibus opibus iustitiaz indigentibus misericordiaz: opantibus mercedem habui cor largum z stabile: z vnicuiqz mihi seruienti diuitias dare in necessitate: z graciaz omnibus omni tempe. Habeo manum ad donandum ad pregendum et manum ad puniendum: perdidi stulticiam: perdidi inimicoz amiciciam: z perdidi carnis lasciuiam: punior iaz in inferno quia nõ credidi vni deo eterno. Punior heu quia non est redemptio. Imperator cum hec audisset z quãdiu vixit magis prudenter seipsuz z alios regulabat z sic in pace vitaz finiuit.

Moralisatio

Carissimi: Imperator iste potest dici quilibet christianus qui debz z tenet pstruere basilicam: id est cor suum deo paratum vt eius voluntatem p omnia faciat z effodere cor suum p viaz otritionis z sic poterit sarcaphagum aureũ inuenire.i. animam deauratam virtutibus plenaz mediante diuina gratia: cum tribus circulis aureis.s. fide spe z charitate circũdatam: Quid ergo erit inscriptum: Certe primo expendi: sed dic mihi carissime quid expedisti. Respondeat bonus christianus Corpus z animam in dei seruitio. Si quilibet vestrum sic vitam expendit de magno premio in vita eterna securus erit. Secundum est qd scribit seruaui. Dic mihi carissime quid seruasti. Respondeat bonus xpianus. Cor contritum z humiliatuz: z deo in omnibus opibus preparatum p voluntate sua ad faciendum quicquid placet ei. Tercium est quod scribit Donaui: Dic mihi carissime quid donasti. Respondeat bonus christianus Dilectionez deo ex toto corde z ex tota anima z ex tota mente: z amorez proximo sm diuinum preceptum. In his duobus pendet lex z prophete: Quartum quod scribitur est Habui. Dic mihi carissime quid habuisti. Respondeat bonus christianus z dicat. Certe miseraz vitam quia in peccato conceptus z in peccato originali natus z de vili materia plasmatus. Quintum quod scribitur est habeo. Dic mihi carissime quid est quod habes. Respondeat

bonus christianus. C[illegible] baptismuz z factus sum christi mile[illegible] eraz seruus dyaboli p virtutes quas mihi deus dedit in baptismo: Sextuz quod scribit est perdidi: dic mihi karissime quid est quod perdidisti: certe per dei gratiam. Respondeat bonus cristiauus: omnia delicta que contra dominuz dimisi per pniaz emendaui: quia pnia mundat nos a peccatis: Septimium quod scribitur est punior. Dic mihi carissime: qre dicis punior. Respondeat bonus christianus: quia p delictis z peccatis meis semp affligitur spūs meus z caro pniaz patit. Octauum quod scribit est expendi quod habui: Dic mihi carissime. Expendi tempus meum in opibus misericordie per gratiaz quā accepi a domino meo iesu xpo. Nonum qđ scribit est: quod donaui habeo. Dic mihi carissime quid donasti quod iaz habes. Respondeat bonus christianus. Certe donaui toto tpe vite mee ꝯsilium z assensum z totam voluntatem meam in voluntatem prelati mei: ideo in celo habeo vitaz eternam.

De perfectione vite
Capitulum. xvij.

Quidam imperator statuit p lege ꝙ quicūqz volebat ei ministrare ministerium ab eo obtineret. Ita ꝙ tres ictus in porta palacij daret: p quos cognosceret ꝙ ministerium desideraret. Accidit casus ꝙ erat quidam paup in ciuitate romana nomine guido: qui cum de lege audisset intra se cogitabat Pauper sum z de vili sanguine ꝓductus: melius est mihi ministrare z diuitias acquirere ꝙ sic semp viuere in egestate. Accessit ad palaciū tres ictus ſm legem in porta dedit. Janitor statim ostium aperuit z eum introduxit. Ille vero flexis genubus impatorem salutauit. Ait ei imperator. Dic mihi carissime quid petis. Domine seruitiuz. Qui ait. De quo ministerio scires mihi ministrare. Ait ille. domine de sex ministerijs sum expertus Primum ministerium: scio corpus magni principis die ac nocte custodire: lectum eius parare: cibaria ei preparare: pedes eius lauare. Secundum ministeriuz est: scio vigilare qndo alij dormiunt z dormire qndo alij vigilant. Tercium ministerium est. Scio bonum potum gustare: z ſm gustum quemlibet potum iudicare. Quartum est: scio inuitare homines ad ꝯuiuiuz ad honorem inuitantis: Quintum ministerium est: scio ignez facere sine fumo circumdantes z sedentes calefacere. Sextum ministerium est: Scio homines docere bonam viam versus terram sanctam: sic ꝙ cum sanitate redibunt. Ait imperator. Ista sunt pulcra ministeria z multus vtilia mecum remanebis: z primo experiri volo de corpe meo. Corpus meū custodies isto anno. Ait ille. Domine pſto sum voluntati satisfacere. Guido omni nocte lectum satis honeste parauit: lintheamina lauit: z sepius mutauit singulis noctibus ante ostium camere armatus iacuit: habēs qz secum paruum caniculum bene latrantē vt si casu aliquo dormiret: z aliquis subito veniret: per latratum canis excitatus esset. Semel omni hebdomoda pedes eius lauit in omnibus tam prudenter z viriliter ei ministrauit ꝙ in nullo defectus inueniri possz Unde imperator per omnia eum laudauit Finito autem anno eum senascalcum fecit: vt impleret secundum seruitium suum scz: Scio vigilare. Guido iste sic institutus per totam estatez laborat z vigilabat: z omnia necessaria pro hyeme ꝓuidit. Dum vero adesset hyems z alij inciperent vigilare et laborare: ipse vero quiescens dormiebat sic ꝙ impleuit secundum ministerium suuz scz Scio vigilare quando alij dormiunt. Imperator cum vidisset ꝙ tam prudenter duo ministeria compleuisset: gauisus est valde: vocauit pincernam z ait ei. Carissime ponite in calice meo acetum vinum optimum z mustum z detis Guidoni ad bibendum: quia istud est tercium ministerium suū: scit enim gustare bonum potum z sic factuz ē. Dum aūt gustasset ait. Guido. Fuit bonum est bonum: erit bonum: hoc est dictum mustum erit bonum: vinum est bonum: acetum fuit bonum. Imperator cum vidisset: ꝙ tam prudenter iudicasset potum dixit ei. Carissime vade per regna z castra z inuita omnes amicos meos ad ꝯuiuium: quia iam instat festum natalis domini: quia hoc est quartum ministerium tuum. Ait ille. domine: presto sum. Perrexit igit per castra z regna z nullum amicum imperatoris inuitabat: sed omnes inimicos eius itaqz in

vigilia natalis domini aula imperatoris de inimicis impleta esset. Imperator cum omnes inimicos suos vidisset cōmota sunt oia viscera eius: vocauit Guidoné ꝛ ait ei: Carissime nonne mihi dixisti ꝙ scires hoies invitare ad ꝯuiuium. At ille. Etiam domine Cui imperator. et ego dixi tibi inuitare omnes amicos meos ꝛ tu inuitasti inimicos at ille. Domine licitum est mihi respondere: Quocūqꝫ tpe vel quacunqꝫ hora in anno amici tui ad te venerint cum gaudio recipiuntur. Non sic est de istis quia sunt inimici tui. Unde eos huc duxi vt per bonum vultum ꝛ bonū ꝯuiuium de inimicis fiant amici. Et sic factum est: anteꝙ erat ꝯuiuium factum facti sunt omnes amici eius. Imperator gauisus est valde ꝛ ait. Charissime benedictus dominus inimici mei facti sūt amici. Impleas quintum ministeriū tuum. fac mihi ꝛ amicis meis ignem sine fumo. At ille. Domine presto sum. Quid fecit ille guido. In estate ligna ponebat in ardore solis ꝛ tantum erant desiccata ꝙ ꝙcito ardere incipiunt statim dabant ardorēꝫ flamme sine fumo ita ꝙ calefactus est imperator cū omnibus amicis suis: Deinde ait imꝑator guidoni. Jam restat vltimum ministerium si hoc prudenter adimpleueris te ad diuitias ꝛ honores ꝓmouebo. At ille. Domine quot quot voluerint ad terram sanctam pergere ad litus maris me sequant̄. Uiri mulieres ac paruuli hec audientes quasi infiniti secuti sunt. Cum autem illic venisset: ait populo. Charissimi videtis in mari ea que ego video. At illi ignoramus. At ille. ecce in mari rupes est magna leuate oculos ꝛ videte: At illi dixerunt. Domine nos satis aperte vidimus sed cur hoc dicitis ignoramus. At ille. In illa rupe est quedam auis continuo in nido suo residens que semper habet in nido septem oua in quibus multum delectat̄. Natura auis est talis ꝙdiu in nido residet: totum mare est tranquillum: sed si ꝯtingat auem extra nidum volare totum mare perturbat̄ intantum ꝙ tunc si aliquis mare pertransierit sine dubio submerget̄: sed ꝙdiu residet in nido si quis tūc transiret sine periculo ibit ꝛ rediret: Et illi. Quomodo poterimus scire quando auis residet in nido suo. ꝛ quando non. At ille. nunꝙ nidūꝫ dimittit nisi ꝓpter vnam causam: Est enī alia auis que est inimica eius que die ac nocte laborat vt eius nidum fedet ac oua eius violet. Auis vero que est in nido cum viderit oua fedata aut nidum deturpatum statim extra nidum pre dolore volat. ꝛ tunc mare perturbatur ꝛ ventus valde impetuosus excitatur Et nullo modo tunc temporis ad mare intrandum festinare debetis. At illi dixerunt. Domine ꝛ qd remediuꝫ poterit ad hoc fieri ꝙ auis que est inimica nō appropinquat nido suo: ꝛ sic per cōsequens poterimus secure transire. At ille. Non est res sub celo quam illa auis que est inimica tantuꝫ odit sicut sanguinem agni: nidum exterius ꝛ interius cum dicto sanguine aspergite: ꝛ ꝙdiu ibi gutta vna illius sanguinis ꝑmaneat auis que est inimica nūꝙ audꝫ nido eius appropinqre. ꝛ sic auis in nido suo remanebit: Et tunc mare erit in tranquilla pace: poteritis ad terram sanctam transire ꝛ secure redire. Ista audientes sanguinem agni acceperūt et nidum interius ꝛ exterius cum dicto sanguine aspergebant: ad terram sanctam pertexerunt ꝛ sani ꝛ incolumes redierunt omnes: Imperator videns ꝙ omnia negocia tam prudenter adimpleuisset eum ad miliciam ꝛ diuitias magnas promouit

Applicatio

Carissimi. Imperator iste est pater celestis qui legé edidit vt quicunqꝫ tres ictus in porta dederit: scꝫ orationem. ieiunium ꝛ elemosinaꝫ in introitu ecclesie militantis miles poterit esse: ꝛ per consequens vitam eternam obtinere. Guido pauper pōt dici quilibet homo pauper ꝛ nudus de vtero matris sue egressus. qui dat tres ictus ī ecclesie porta quādo baptismum petit. Unde quilibet christianus deo ꝓmitit de sex ministerijs ministrare: Primum est custodire corpus principis .i. christi. Et quō. Sicut fecit Guido. Prio debet esse ornatus bonis virtutibus ne aliq̄ temptatio intret cameram cordis sui ꝛ offēdat dominum nostrum Jesum. ꝛ ꝑuum caniculum bene latrantem habeat. ꝯscientiaꝫ sanaꝫ que continue contra vicia murmurat Et ideo dicit Apostolus Omne quod fit contra conscientiam edificat ad gehennam Secundū est lectuꝫ cordis bene preparare:

& per opera misericordie lintheamina mutare. id est. vicia in virtutes omnino variare & sordes peccatorum lauare per cordis contritionem. cameram cordis sui semp mundam custodire: vt nihil sit q offendat oculos principis .s. corporis domini nostri Jesu christi: cui corpori nos obligamur seruire munde: deinde bis in hebdomoda pedes lauare. s. per confessionem & satisfactionem & p bonas affectiões ei placere. istud est primum ministeriu; quod promittit quilibet christianus in baptismo deum secum munde custodire. Sed est aduertendum. de corpore istius principis scilic; domini. ab illis qui sub specie panis digne debent sumere & custodire ex proprietatibus panis visibilis attendant. Est igitur hostia inscripta vt sic notetur q omnes debent esse inscripti per eucaristiam sunt reficiẽdi: Illi autem sunt inscripti in quorum cordibus per veram fidem inscriptum est nomen christi. vt a christo dicantur christiani. Unde dicit dominus per Hieremiam. Scribam legem meam in cordibus eorum: Prima autem lex qua cum deo obligamur est fides. Secunda spes: & tercia charitas. Item hostia post litteras circulum continet: in quo notatur eternitas que nec principium nec finem habet. Item hostia habet latitudinem que charitatem figurat que circumquaq; dilatatur. Item hostia est tenuis & sicca p que notatur duplex abstinentia: per tenuitatem ciborum parcitas. per siccitatem contra humidorum superfluitatem sobrietas: potatores autem huius sint sobrij. Qui igitur pane p̃dicto volunt refici sint inscripti per fide; circulum habentes per eternorum contemplationem dilatati per charitate;. Item hostia est alba sic & nos contra luxuriam. Item ẽ leuis sic & nos contra accidiam: Item modica: id est humilis contra superbiam: Si autem tales sumus tunc pane; nostrũ quotidianum nobis ad vtilitatem nostram dari petimus. Alioquin non pro nobis sed contra nos est Quoniam dicit Apostolus. j. ad Corinth: xj. Qui manducat indigne iudiciũ sibi manducat. Item hostia est azima sine fermento contra amaritudine; inuidie: que spiritualiter nequicia dicitur. Unde Apostolus prima ad Corinth. xj: Epulemur nõ in fermẽto malicie & nequicie sed in azimis sinceritatis & veritatis. Item frumenticea ẽ & hoc contra iram: Granum enim frumenti leue est & planum sine asperitate: ita q p pter suam asperitatem vix aliquis eum tangere audeat. Item hostia est impermixta: & vniformis: Et hoc contra cupiditatem et auariciam. Item rotunda contra accidiam Sicut enim panis naturalis pre ceteris cibis corpus reficit & sustentat: & vinum pre ceteris potibus hominem letificat & inebriat: sic caro christi pre ceteris interiorem hominem reficit: & saginat: & sanguis pre ceteris letificat: & sic inebriat vt sobrium reddat Unde psalmista. Calix meus inebrians q preclarus est. Item panis est cibus generalis & vinum potum vsualis omnibus & omni tempore: sic christus se in cibu; omnibus fidelibus & omni tempore exhibet pauperibus & diuitibus sine acceptatione: propter quod & panis quotidianus dicitur. Ite; panis sicut dicunt philosophi: precipue habet virtutem nutriendi. cuius signum est: quia eius comestio non parit fastidium comedẽdi. Sic est panis christi de quo Eccle. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient. Item sicut panis triticeus est cibus adultoru; nõ puulorum: sicut dicit Apostolus: ita corpus christi est cibus spiritualis eorum qui creuerũt in fide & virtutibus. Deinde querit quomodo panis christi potest conuerti in corpus christi. Ecce ratio est nutrix que nutrit puerum. Si nutrix famen pateretur & lacte careret puer inopiam sustineret vel cito deficeret. Si vero in tanta penuria dentur ei feces ad bibendum ille feces per os potate mutantur in sanguinem robur mulieris: et in lac ad nutriendum puerum. Et sic hoc facit natura in muliere: quanto magis virtus suprema naturam in sacramento altaris per os sacerdotis loti. id est. christi: per verba de ore exeũtia: mutatur panis in carnem & vinum in sanguinem: Sed de indigne sumentibus potest dici illud Gene. Fera pessima deuorauit filium meum. Psal. Os peccatoris & dolosi super me apertum est. Unum est sanabile homini sano vel infirmatum homini egroto: imo poterit esse causa mortis. Eodem modo corpus christi anime sane ẽ vita: anime peccatrici ẽ mors

Item percussi sunt de bethsamitis. lxx. viri famosi z duo milia plebis. eo q vidissent archaz nudam: z potest dici q non peccarunt videns quibus non erat prohibitum vide

Videamus ergo vt munde z honeste custodiamus corpus principis. id est. christi: Secundum ministerium quod promisimus est vigilare in bonis opibus quando alij dormiunt in peccatis: sicut scriptum est. Vigilate quia nescitis qua hora filius hominis veniet. z paulus dicit ad Ephe. Surge qui dormis z exurge a mortuis: z illuminabit te christus. Vnde charissimi debetis scire q viatores aliqui surgunt ad primum gallicantum: aliqui ad secundum. z aliqui ad terciu z aliqui in aurora: quando pulli clamant et dicunt. Non est amplius dormiendum. Ecce pulli clamat surgamus. Primi galli fuerunt prophete qui surrexerunt vt christum in carne viderent z non viderunt. Secundi galli sunt apostoli z euangeliste: qui christu viderunt. Tercij galli sunt predicatores: Et alij qui verbum dei predicant. Isti sunt pulli qui clamant z dicunt. Surgite: vigilate sicut domino promisistis in bonis operibus: dormite quando alij vigilant: hoc est a peccatis cessate. quando alij in malis operibus vigilant: sicut latrones: fures: z luxuriosi. vigilate in estate. i. Cum vita nostra fuerit in corpore z prouideatis omnia necessaria p animabus vestris: z cum hyems mortis aduenerit poteritis cu domino feliciter requiescere. Tercium ministerium est gustare bonum potum. Potus iste est penitentia siue martyrium pro dei amore. Vnde saluator dicebat. Potestis bibere calicez quem ego bibiturus sum. At illi. Possumus. s. calicez penitentie aut martyrij Fuit bonum tempore suo acetum. i. bonu erat sanctus in celo qui in hoc mundo vixerunt qui penitentiam fecerunt carnem suam domabant. z ido in celo iam regnant. Est bonum vinum: s. Hoc est dictum: Bonum est nobis vt penitentia agamus. per quam poterimus ad eternam gloriam peruenire. Erit bonum: scz quado caro cum spiritu die iudicij resurget: z vitaz eternam intrabit. Dominus habet vnaz tabernam de optimo vino: scz celeste gaudiu z signum pulcrum ante tabernam. s. crucez Sed quando ita est q multitudo ementiuz confluit: tunc tabernarius care vendit vinu z quando cessant emendi venientes: Tunc oportet q vendant p leui precio: vel q retineat omnino sibi. Dominus vero post resurrectionem suam comunicauit vinum suu mittendo spiritumsanctum. z tunc confluxerunt euntes cateruatim scz per predicatione apostolorum z aliorum sanctorum conuersi sunt ad fidem: z tunc tabernarius. i. dominus noster Ihesus christus care vendit vinum suum. i: gloriam paradisi. Nonne petrus qui crucifixus fuerat valde care emit illud vinum: z paulus z laurentius: ceteriqz martyres qui morti tradiderunt corpa sua pro fide christi sustinenda z multiplicanda. Sed modo cessat multitudo ementium Et ideo oportet q christus pro leui precio vendat gloriam suam: vel omnino retinebit sibi Et ideo gustemus in presenti vita potu ppenitentie vt veniamus ad beatuum vite eterne. Quartum ministerium est inuitare homines ad conuiuiuz. Ille inuitabat amicos zc. Sic quilibet nostrum tenetur inuitare inimicos ad christi vitaz eternam. Iuxta illud: No veni vocare iustos sed peccatores Sic tu debes per bona exepla z bona opera peccatorem instruere z deo reconciliari. Sed aliqui peccatores sunt lapides molares qui non poterunt de leui moueri. Imo sunt quasi cathenati: sicut herodes misit petrum in carcerem: z in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus duabus cathenis z custodes ante hostium custodiebant carcerem. Actuu. xij. Dormitio petri potest figurare dormitionem peccatoris in peccati consuetudine. Duo milites possunt dici mors z dyabolus. Quia mors insidiatur vite z diabolus anime: due cathene sunt voluptas carnalis z vanitas temporalis. Custodes possunt dici spes lenioris venie z presumptio longioris vite. et quando dyabolus sic tenet peccatorem: nuc habet eum in pace. Ideo cum summa custodia laborandum est verbo z ope. Tales ad conuiuium eternum inuitare. Quintum ministeriu. est: igne facere sine fumo. ignis est charitas quam quilibet tenetur habere: si desiderat vitam eternam obtinere: z hoc sine fumo iracundie vt aliud non ostendas in ore q sit in corde. Sicut multi dicunt se

aliquos diligere z odium habent in corde. Ista enim est vera charitas Sed est ignis plenus fumo. Unde oportet odium ex corde expellere. In figura huius dicitur scdm plinium. Est quidam piscis qui transglutit hami partes interiores scilicet omnia interiora sua foras p os euomit donec hamus exeat: z deinde reducit ad loca sua: Sed sic videtur peccator iram vel odium siue aliqd peccatum cum incidit tanq hamum deglutire: Eccle. ix. Sicut pisces capiuntur hamo: z sic auis comprehenditur laqueo: sic capiuntur homines tempore malo. Debz ergo tunc per os omnia interiora deijcere donec exeat hamus. odium scilicet vel peccatum aliud: quia omnia interiora reuelanda sunt scilicet per confessionem donec perfecte liberetur a peccato: tunc poterit ignem sine fumo preparare. per quem deus erit calefactus. s. contentus: Sextum ministerium est: docere homines viam versus terram sanctam: s. celum: sed ad celum oportet p mare transire. Mare dicitur mundus iste pper multas rationes. Primo quia sicut in mari est conflictus ventorum: ita z in mundo conflictus est multiplex bellorum. Item sicut in mari est tempestas fluctuum: ita z in mundo inundatio aduersitatum. Itez sicut in mari est amaritudo aquaruz: ita z in mundo amaritudo viciorum. Et sicut in mari profunditas aquarum: ita z in mundo profunditas miseriarum. Et sicut in mari belluaz est immanitas: ita z in mundo principuz seueritas. Item oportet propter ista pericula z multa alia pertransire per nauem tamen solent homines propter quattuor nauē ascēdere. Primo propter diluuium Gene. ix. Sic nos debemus propter diluuium viciorum. Unde Osee. iiij. Mendacium maledictum homicidium z furtum z adulteriū inundauerunt: z sanguis sanguinem tetigit propter quod lucebit tibi infernus: z omnia que habitant in eo: z ideo necesse est nobis nauem ascendere bone vite. Secundo ascēditur nauis ad transfretandum Math. ix. Ascendit ihesus z transfretauit sic z nos volumus in ciuitatez venire: nō habemus hic manentem ciuitatem: ideo necesse est nauē ascendere. Stultus est qui debet mare transire per nauem: z non vult nauez ascendere

Stultus est qui habet tempus congruum z differt. quia a mane vsqz ad vesperaz immutabitur. Stulti autem sunt nautis clamātibus intrare: qui tunc differūt. Tercio ascēditur nauis ad mercandum Prouer. vlti. Facta est qsi nauis institoris: z anima sancta est quasi nauis bona que abūdat in terris. s. que sunt gemitus: suspiriuz. paupertas humilitas: charitas: que bona venit dominus noster ihesus christus querere in terra nostra. Et quando anima nostra sic onerata venit ad portum optime recipitur a domino terre: z bonis acceptis onerat illaz nauem bonis patrie. scilicet honore z diuitijs. Quarto ascenditur nauis ad piscandum sicut petrus: sic debemus ascendere nauem ad piscandum peccatores de aqua peccatorum attrahendo eos bonis operibus z exemplis. Cauendum tamen nobis est: ne si nimis lucro aliorum intendamus z negligentes nos metipsos submergamus: sicut contingit aliquando piscatoribus: Sed sunt multi non piscatores sed predones qui submersos querunt non vt eos eripiant sed et vestes querant z quod peius est homines nauigantes propter spolia: submergunt isti z aliquando sunt qui nauem dei regendaz recipiunt. Unde est notandum q ad salutionez nauis in magna tempestate alius nauem exonerat: alius aquam exhaurit: alius anchoram iacit: alius velum deponit: alius gubernaculum tenet: alius nauigando vndas suas scepat: z ita nullus est ociosus: sed quilibz de sua salute solicitus z sic nauis saluatur z non perit. Ista spiritualiter ad temptationis euasionem debent hic fieri: z sic saluabitur a periculo mortis eterne. Sz qui in aliquo istorum negligens fuerit peribit: Unde Paulus ad Thimo. j. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum per temptationem in interitum z perditionem. Si ergo vis saluari exonera cor tuum diuitijs que sunt valde graue onus. Secundo humilitas anime nauem exhaurit aquam peccati lingue euacuatorie eijciendo. Iuxta illud Diere. Effunde sicut aqua cor tuum. Tercio rupturas obstruit. Qui enim timet nihil negligit. Hic obstruit foramina sensuū per que abscondit mors. Iste autem timor oritur ex consideratione diuine potentie et

iusticia iudicis. ex defectu aduocati vel testi monij. et ex multitudine accusantium. Unde Job. ix. Si fortitudo querit robustus est. si equitas iudicij nemo audet pro me testimonium reddere si iustificare me voluero. os meum condemnat me in consciencia que semper loquitur. Quarto spes anchoram iacit. Quinto sapientia velum deponit Sexto prudentia regit gubernaculum vt recte flumen dirigit. Septimo iusticia vndas separat. Nauis est anima sancta. euis merces sunt opera caritatis. funes diuina precepta: malus paciencia velum perseuerantia anchora fides remus gubernaculum charitas. gubernator spiritussanctus. naute ducentes nauem exempla sanctorum. De tali naui scribitur Prouer. xxxi. Facta est quasi nauis institoris in qua sunt omnia ista: nauis ista portat poma. i. opera sancta redolentia coram deo et hominibus: de quibus debes facere exuuium ipsi deo. et sicut poma dantur post prandium in delectationem et in solacium. et ita fructus et fruitio bonorum operum dabitur nobis in celo post hanc vitam. In mari scilicet in mundo est rupes magna. i. corpus humanum ex quattuor elementis compositum: et in ipso corpore est nidus. s. cor humanum: in quo corde auis scilicet spiritussanctus per virtutes baptismi residet que continue habet septem oua. s. septem dona spiritussancti: quamdiu auis ista scilicet spiritussanctus in corde tuo residet secure transire poteris ad terram sanctam. i. ad vitam eternam. Sed si contingit auem per peccatum extra nidum volare. Mare. i. mundus dyabolus caro propria erunt contra te. et surgent tempestates graues quas euadere non potes et ideo oportet te cor tuum bene et munde preparare ad modum domus materialis. de domo tollitur fuligo per quam significatur amaritudo peccati que tolli debet. Item tollendus est puluis. i. amor terrenorum: In quo maxime nutriuntur pulices. i. superbi saltantes: Item mulier mundans domum purgat et congregat pulueres. et post eijcit per hostium. et post arcam mundatam apponit aquam et tandem sacramentum sic volens mundare domum. i. cor congregat puluerem cogitando omnia mala que fecit. omnia bona que amisit. post emittat per plenam confessionem apponat aquam per lacrimarum effusionem. Ornet domum sacramento per dignam satisfactionem. et sic in domo bene preparata libenter hospitabitur dominus. Unde videmus quod ex aduentu boni hospitis tota domus emundatur. sed eo recedente non remanet de bonis eius in domo nisi fimus iumentorum. Sic ex aduentu dei per gratiam sustentatur corpus et anima sed recedente gratia eius non remanet nisi fimus. i. temporalia: quia quanto plus amplectitur quis fimum in brachijs tanto minus habet de eo nec forcior efficitur: quia quanto quis plus amat diuitias etc. Unde Eccle. Qui amat diuitias fructum non accipiat ex eis. Nihil peius quam amare pecuniam: auis que est inimica est dyabolus qui circuit querens quem deuoret qui die ac nocte nititur spiritumsanctum a cordibus nostris expellere per peccatum. Si velis spiritumsanctum tecum habere fac sicut fecit guido. Aspergas nidum cum sanguine agni. i. semper debes habere recentem memoriam in corde tuo de christi passione quam propter te sustinuit. et sic auis inimica. i. dyabolus sine dubio non audet a te appropinquare. et per consequens spiritussanctus remanebit in te et poteris secure ad terram sanctam. i. ad vitam eternam peruenire. Ad quam etc.

¶ Item omne peccatum quamuis predestinatorie grauissimum nisi desperationis baratro subiaceat et remissibile

¶ Capitulum. xviij.

Quidam miles erat nomine Julianus qui vtrumque parentem nesciens occidit. Cum enim Julianus iste nobilis ac iuuenis quadam die venationi insisteret et quendam ceruum repertum insequeretur subito ceruus versus eum se vertit atque dixit. tu me insequeris qui patris et matris tue occisor eris. Quod ille audiens vehementer extimuit ne forte sibi contingeret quod a ceruo audierat. Relictis omnibus clam decessit: et ad regiones valde remotas peruenit: Ibique cuidam principi gratulanter adhesit Ille vero tam strenue vbique tam in bello quam in palacio se habuit quod princeps militem eum fecit. et quandam castellam viduam in coniugem ei tradidit: et castellum pro dote accepit. Tunc parentes Juliani pro amissione filij nimium dolentes vagabundi vbique pergebant Et filium suum solicite querebant.

Tandem ad castrum vbi iulianus preerat venerunt: quos cum vxor iuliani videbat: et iulianus non affuerat quinam essent inquisisset: et illi oia que filio suo acciderant enarrarent: intellexit q parētes viri sui essent vt pote que hec a viro suo frequenter forte audierat. Ipsos igitur benigne suscepit: et pro amore viri sui lectum suū eis dimisit: et ipsa sibi lectū alibi preparabat. Facto autē mane castellana ad ecclesiam perrexit. et ecce iulianus mane veniens in talamū quasi excercitatus vxorem suam intrauit: duos pariter dormientes inuenit: vxorem cū adultero suspicatus silenter extracto gladio ambos pariter interemit. Exiens autē domum vidit vxorem ab ecclesia redeunte: et admiratus interrogauit. Quinā essent illi qui in lecto suo dormirent: at illa ait. Parentes vestri sunt qui vos diutissime quesierūt: et eos in nro thalamo collocaui. Quod ille audiens pene exanimis effectus: amarissime cepit flere et dicere. Heu miser quid faciam quia dulcissimos parentes meos occidi. Et ecce impletum est verbū cerui quod dum vitare volui miserrimus adimpleui. iam nunc vale dulcissima soror: qr de cetero non quiescam donec sciam q deus penitentiam meam acceperit: cui illa. Absit dulcissime frat vt me deseras et sine me abeas: sed que fui tecum particeps gaudij: ero particeps et doloris. Tunc insimul recedentes iuxta quoddam magnum flumen vbi multi periclitabantur quoddam magnum hospitale statuerunt vt ibi penitentiam facerent. Et omnes qui vellent flumen transire incessant transueherēt: et hospicio vniuersos pauperes reciperent. Post multum tempus media nocte dum iulianus fessus quiesceret et gelu graue eēt audiuit vocem lamentabiliter clamantē ad iulianū vt se traduceret voce lugubri inuocantem. Quod ille audiens ocius surrexit et iam pre gelu ipsum deficientem inuenit: et in domū suam portauit et ignē accendit et ipsum calefacere studuit: sed calefieri nō potuit: et ne ibi deficeret timens ipsum in lectum suum portauit et diligenter cooperuit. Post paululum ille qui sic infirmus et q̄si leprosus apparuit splēdidus ad celum scandit: et hec hospiti suo dixit. Iuliāe dominus misit me ad te mandans tibi q tuā pniam acceptauit: et ambo post modicū in domino requiescetis: sicq ille disparuit: et iulianus cū vxore sua post modicū plenus operibus bonis et elemosinis in domino requieuit.

¶ Moralisatio

Carissimi. Iste miles iulianus potest dici quilibet christianus bonus et prelatus qui debet debellare viriliter contra dyabolum mundum et carnem: et debet venationi insistere scz deo animas acquirere: sequi ceruū id est xp̄m vnde Ps. Sic ceruus desiderat ad fontes aquaꝝ. etc. Si vero fideliter prelatus sequitur christū audire potes et videre in sacra scriptura q debes parentes tuos occidere id ē ꝑpter dei amorē illos simpliciter relinquere iuxta illud. Qui dimiserit patrem et matrē propter me centuplū accipiet: et vitā eternā possidebit. Miles iste perrexit in regionē longinquam etc. Sic prelatus in regionem longinquam hoc est longe transire debet a mundo et ab illis que in mundo sunt sancte et pure viuendo et seruire pricipi scz christo et cum eo diuersa bella cōmittere ꝯtra dyabolum mundum et carnem. Christus cum perceperit sic militē suū triumphare dabit tibi vxorem castellanam scz gratiam suam que custodiat castrum cordis tui vt poteris deo ꝑ omnia placere. Sed sepius contingere videmus q parētes carnales et mundi vanitates talem sequunt̄ ipsum ad malū, in illi gaudio: et ponuntur in cordis tui lecto te ꝓbare sicut fecerat iob: sed resistito fortiter et cū gladio penitētie eas deleas: vt dicitur in figura huius q absolon persequens patrē per capillos suspensus est in quercu: et ioab infixit tres lanceas in corde suo. Quercus ista est concupiscentia: capilli carnalia desideria: vulnus trāsiens est caro moriēs: ioab dyabolus tres lanceas dum viuit scz cogitationes operationes et ꝯsuetudines infigit et in morte tres angustias scz iram dei quā offendit: carentiam celi quod amisit: penam infernalem quā meruit. Istos parentes debes occidere gladio penitētie: et post hec ad flumina sacre scripture pergere et ibi domū salutis erigere scz orationē ieiunium et elemosinam perpetrare: et sic per consequens deum in lecto cordis tui poteris requirere: et ad vitam eternam peruenire: ad quā etc.

De peccato superbie
Capitulum.xix.

Legitur in gestis romanoruȝ ꝙ erat quidam princeps romanorū nomine pompeyus. Hic duxerat filiam cuiusdam nobilis qui cesar vocabat᷑ Hic duo ꝯuenerunt inter se ꝙ totius orbis dominum suo imperio subiugaret. Accidit vt pompeyus mitteret cesarem ad expugnandum plagas diuersas: quia iuuenis erat ꝛ ipsum decuit laborare. Ipse autem tanꝙ principalis ciuitatem romanā a plagis illis custodiret: prefixit tamen sibi terminum redeundi sub spacio quinqȝ annorum quod si non faceret iure suo ꝑpetuo priuaretur. Cesar autēȝ exercitū collegit: et ad illas partes perexit: inueniens homines bellicosos quos non poterat in prefixo termino superare: mallens pompeyum offendere ꝙ bellum dimittere ex capite ꝓprio alienauit se aliis quiqȝ ānis quod grauiter portabat pompeyus interdixit sibi ciuitatem romanam: ita ꝙ non auderet ad eum vlterius appropinquare.
Cesar vero finito bello iter arripuit versus romam venit per quandā aquam cum exercitu suo: que quidem aqua vocabatur rubicen: et ibi apparuit ei quedam imago magna stans in medio aque et loquebat᷑ ei dicens. Cesar si venias ꝓ pace romana liceat tibi vsqȝ huc venire: sin autē non presumas intrare: cui cesar respōdit. Semper militaui et paratus sum omnes labores sustinere ꝓ honore et cōmodo ciuitatis romane ampliando: et semꝑ volo diis meis testibus quos adoro. His dictis imago disparuit: post hec statim cesar ꝑcusso dextrario flumen transiuit: sed cum pertrāsito flumine stetisset ex alia parte mox ait. hic pace temerata quia iura relinquo: et ab illo die nō cessauit pompeyum ꝑsequi: et inquantū potuit destruere nitebatur.

¶ Moralisatio

Carissimi. Per hunc senem pompeyum intelligitur deus creator omniuȝ qui semper fuit ab inicio et erit sine fine. Per cesarem intelligo adā qui fuit princeps omnium hominum: cuius filiam id est animaȝ deo desponsauit in fide Osee.ij. Despōsabo te mihi in fide. Deus igitur volens probare adam posuit cum in paradisum vt operaretur ꝛ custodiret illud qui stati de statu suo superbiens volens sue vxori placere et dyabolo acquiescere vnicū preceptum quod deus ei dederat violabat: propter quod deus eum expulit non solum de ꝑadiso: sed etiaȝ de celesti imperio. Adā tamen sperans se posse recuperare quod perdiderat ad hoc postea inquantum potuit laborabat: sed vere attingere nō valebat vsqȝ ad aduentū domini nostri ihesu christi imaginis nostri qui appuit baptisatus in aquis iordanis. Dominus vero et saluator noster dixit omnibus nobis ad celum tendere volentibus Johā.iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto ꝛc. Multi autem cū veniunt ad hanc aquaȝ promittunt corā testibus deo seruire: et peccata vitare: viriliter contra dyabolum pugnare: sed heu proch dolor ꝛ timeo ꝛ timendum est de multis ꝙ cum fecerint vota sua obliuiscuntur et precepta contemnunt: sicut absolon.iij. Reguȝ postꝙ fuerit reconciliatus patri suo dauid: occiderat fratrem suum: videns ꝙ populus pronus erat ad constituendum eum regem dixit patri suo. Uadam et reddā vota mea domino que voui domino in ebron: et dixit ei pater suus. Uade in pace: perrexitqȝ in ebron et populus constituit eum regem: ab illo die vsqȝ in dieȝ mortis non cessauit persequi patrem suum: sed cesar et absolon interfecti sunt a seruis suis. Eodē modo mali christiani non desistunt deū patreȝ persequi per mala opera corū: ideo traduntur ministris gehennaꝝ quos timebant et colebant Sed attendite postꝙ absolon occiderat fratrem suum fuit exaltatus: et cesar postꝙ fregerat preceptum pompey. Sed ioab faciēs pacem inter ipsum et patrem reduxit eum: sed videns honorem suū impugnauit patrē et colligens sibi gentem constituit se regem sed in bello suspendit seipsum per crines: et ioab qui fecerat pacem inter ipsum ꝛ patrē infixit tres lanceas in cor eius. Iste absolon signat peccantem mortaliter qui occidit fratrem suum id est animam suam. Christus autem fecit pacem: sed multi reconciliati accipiunt bellum contra deum. Et tunc venit christus qui pacem fecerat et figit tres lanceas i cor peccatoris. Prima est separatio a deo. Secunda est maledictio. Tercia est ignis eternus.

De miseria et tribulatione
Capitulum.xx.

Conradus regnauit:in cuius imperio erat quidā comes nomine leopoldus qui irā regis metuēs cum vxore sua in siluam fugiens in quodaȝ tugurio latitabat. In qua silua memorata: dum cesar conradus venaret nocte superueniente in eodem tugurio ipsum oportuit hospitari. Cui hospita pregnans vicina existens paruū decenter vt potuit strauit et necessaria ministrauit. eadē nocte mulier filiū peperit:et cesar vocem audiuit dicentēȝ. Accipe: accipe: accipe. Expergefactus ipse a somno totusqȝ timidus et tremefactus ait intra se. Quid signat ista vox:accipe:accipe: accipe:quid debeo accipe cogitabat:et statī obdormiuit.et ecce secunda vice audiuit vocem dicentē ad ipsum. Redde:redde:redde Cesar expergefactus a somno contristatus est valde:et ait intra se. Quid ē hoc.primo audiui.Accipe:accipe:accipe ⁊ nihil accepi modo dicit Redde redde redde:quid debeo reddere exquo nihil accepi. Cesar iterum incepit dormire: et ecce tercia vice audiuit voceȝ dicentē sibi. Fuge fuge fuge:quoniā hic puer primogenitus gener tuus erit.Cesar vero cum talia audisset commota sunt omnia viscera eius. Mane vero surgens duos armigeros suos secum secretarios ad se vocauit dicens. Ite paruulum illum de manibus matris violenter auferte ⁊ ipsum per medium scindētes cor eius mihi apportate.Contriti euntes de gremio mrīs pueȝ rapuerīt: quē videntes elegantissime forme misericordia moti ipsum super quandā arboris superficiem ne a feris deuoraretur reposuerunt: et leporem scindens cor eius cesari detulerunt. Eodeȝ die dum quidā dux inde transiret et puerum vagienteȝ audiret ipsum in gremio suo priuatim nullo sciente accepit:et dum filium non haberet vxori attulit et eum nutriri fecit a se ⁊ vxore sua genitum fingens Henricum vocauit. Cum puer iā creuisset erat corpore pulcer nimis ore facundus et omnibus gratiosus.Queȝ cum tam decorum et prudenteȝ vidit cesar: a patre petiit et ī curia sua manere fecit:sed cum videret puerum omnibus gratiosum: et ab omnibus commendari dubitare cepit ne post se regnaret: et ne iste sit queȝ occidi mandauerat. Volens igitur esse securus literas manibus suis scriptas vxori dirigit in hunc modum. Inquantuȝ est tibi cara vita tua mox vt istas literas receperis puerum hunc necabis. Dum vero pgens in quadā ecclesia hospitatus fuisset et super bancum quiesceret:et bursa in qua erat litera dependeret:sacerdos curiositate ductus bursaȝ aperuit et legens scelus abhorruit et radens subtiliter vbi dicebatur pueȝ hunc necabis scripsit.filiam nostram in vxoreȝ ipsi dabis. Cumqȝ regina istas literas legisset ⁊ regis sigillo munitas videret de manu impatoris scriptas esseqȝ cognosceret:conuocatis principibus nuptias celebrauit: et suam filiam eideȝ in vxorē dedit: que nuptie aquisgrani celebrate sunt. Dum auteȝ cesari conrado narraret ꝙ solenniter nuptie filie sue essent celebrate ille obstupuit:et cū a duobus armigeris et duce ⁊ sacerdote veritatem comperisset: ordinationi dei resistendū non esse vidit:et ideo pro puero mittens eū esse suū generum approbauit: et post in imperio regnare instituit.

¶ Moralisatio

Carissimi. Iste impator est deus pater qui propter peccatuȝ primi parentis iratus erat et eum a paradiso expulit:qui fugiebat in siluam huius mundi:sed deus volēs venari circa animas misit filium suum in siluam huius mundi: quando carnem assumpsit de virgine gloriosa et in nocte natus.Rex qui audiuit vocem dicentem sibi:accipe accipe accipe potest dici quilibet homo qui deberet esse rex suiipsius seipsum ad regendum quantuȝ ad salutem corporis et anime sue. Unde cuilibet nostrum dictum est: accipe accipe ⁊c. Per primum debemus intelligere primo ꝙ accepisti animā ad dei similitudinem creatam. Per secundum accipe corpus cum quinqȝ sensibus ⁊ omnia quatuor elemēta parata tibi ad ministranduȝ. Per tercium accipe ꝙ si fideliter deo ministraueris vitaȝ eternā accipies.Carissimi attēdite diligenter ad hec tria accipe. Unde celū dicet tibi q̄ ē pria vox: ministro tibi lucē per diē vt vigiles

tenebras per noctem vt penses: alterno tibi tempora vt varietates tollat. Terra dicet: te porto: te nutrio: te pane conforto: et te vino letifico: diuersis animalibus mensam tuam replco. Aqua tibi dicet. Potū tibi prebeo sordes tuas lauo: et diuersa genera piscium ad vsum tuum ministro. Aer dicet. Uitalez flatū tibi prebeo ꝛ omne genus auium tibi mitto ad tuū obsequium. Uox admonentis est mundus cum dicit. Uide homo quomō amaui te qui propter fecit me: seruio tibi et factus sum propter te vt tu seruias illi qui fecit te et me propter te. Accipe benignitatē redde caritatem. Uox cōminantis est cum dicit ignis. A me combureris. Aqua. A me submergeris. Terra: a me absorberis. Infernus: a me deglutiris. Secunda vox quā imperator iste audiuit tribus vicibus fuit. redde redde ꝛc. Quid reddere debes. Primo certe deo animaz mundam quam deus ad suaz similitudinē creauit: et per eius passiōz redemit. Per secundum redde. quid debes reddere. Certe diuina precepta seruādo: decimas oblationes: et totum corpus in eius seruicio voluntarie te offerendo vt poteris dicere cum Ps. Reddam tibi vota que distinxerunt labia mea. Per tercium redde: intelligas ꝙ deo debes reddere totum corpus tuū vt eum diligas toto corde tota aīa tota mente vt sis paratus pro eius amore oīa patienter tolerare. Secundū est diligas proximum tuū sicut teipsum. Tercia vox fuge ꝛc. Per primum fuge debes intelligere ꝙ fugere debes dyabolum per opera misericordie et humilitatis: mundum per paupertatem: carnem per ieiunium et castitatem. Per secundū fuge intelligas vt inquantū poteris vitabis peccata: et propriam voluntatem: et mundi vanitatez: ꝛ consortium malorum. Per tercium fuge intelligas ꝙ fugere debes infernū et eius penam per contritionem et confessionem ꝛ satisfactionem quia puer natus est nobis cuius imperium super humez eius. Puerum istum ihesuz christuz multi persequunt̄ et ipsum quantū in eis est cum viciis et concupiscentiis occidunt. Sed duo armigeri scȝ potētia diuina: et sua gratia a cordibus taliū puerū ihesuz rapiunt: quia puer ihesus non libenter quiescit nisi in loco mundo. Puer ihesus ponit̄ in arbore scȝ in ecclesia vbi dux bonus prelatus eū inueniet per opera meritoria et nutrit munde: sed homo miser non timens deū accipit eū in altari: ꝛ tunc poterit de eo dici qd̄ dicitur Genes. de ioseph. Fera pessima deuorauit filium meum id est christum. Si vis ergo tute procedere occide leporem scȝ carnem tuā id est carnales affectiones per orationem et ieiunium et elemosinam: ꝛ sic extrahe cor tuum vt puer ihesus poterit saluari et tecum manere: et filiam tuam id est animam desponsare. Sed sepius contigit ꝙ homo recidiuat: et literas scribit manu propria ꝛc. Litere iste sunt cogitationes male ꝛ peruerse ad perpetrandum mala per que puer ille omnino a te extinguat̄: et quoniaz scribit vxori id est carni appetendo gulaz ꝛ luxuriam: sed sacerdos discretus scȝ confessor atqȝ predicator debet apire sacrā scripturaz per filum iratū id est mala opera mutare per penitentiaz: et tunc puer ihesus sine dubio animaz tuam desponsabit: ad quam desponsationem principes erunt vocati scȝ virtutes cardinales: et sic poteris cum christo regnare.

¶ De dolo et conspiratiōe et cautela ipsis contraria

¶ Capitulum. xxj.

Ustinus refert ꝙ ciues lacedemonie simul conspirauerunt contra regem suum: et preualentes contra eum de ciuitate sua euz indigne expulerunt et a toto regno. Accidit tūc temporis quia rex persarum eandez moliebatur destruere ciuitatem cum magno exercitu ciuitatē obsedit. Rex autez expulsus: ciuitatem suam quamuis ingratam non potuit non amare: sed misertus est eius. Cum aūt explorasset et didicisset machinationem regis persarum contra ciuitatem suam lacedemoniam: cogitauit quomodo posset latenter et prudenter totam imaginationez intimare ciuitati predicte: acceptis tabulis scripsit in eis totam imaginationem: et vna cū hoc informationem specialem quō possent resistere: ꝛ ciuitatem contra eum defendere et cum totum scripsisset quod voluisset: superliniuit scripturam suam cera: et accepto nuncio fide digno direxit eas ad magnates ciuitatis: sed tabulis receptis et diligēter inspectis nulla litera apparebat: sed tantūmō

cera plana. Questio inter omnes satrapas facta est de tabulis in cōmuni vt vnusquisqꝫ diceret imaginationem suam quid esset de tabulis faciendum: sed non est inuentus qui eoꝝ potuit aperire intellectum. Accidit autem ꝙ soror predicti regis audita perplexitate istarum literaruꝫ petiit a magistratu: vt posset eas videre: quibus diligenter inspectis cepit caliditate feminea paꝝ de cera de tabulis eleuare: apparuitqꝫ statim litera occulta. Cumqꝫ plus de cera eleuasset plus de litera apparebat. sicqꝫ tota cera de litera legi poterat quicquid ibi erat scriptum. Satrape hoc videntes gauisi sunt valde: ꝯsiliū literarum fecerunt: et ciuitatē fortiter defendebant: et ab omni obsidione liberabant:

Moralisatio

Carissimi. Per istum regeꝫ deū omnipotentem intelligo qui expulsus fuit de ciuitate sua id est societate humana quando primi parentes nostri ꝯspirauerunt in paradiso: et eius precepta transgressi sunt tanꝙ qui dicerēt. Nolumus hunc regnare super nos. Hoc auteꝫ non obstante rex dominus nr̄ ihesus christus ciuitatem predictam scꝫ totum genus humanum nullo modo potuit non amare. naꝫ dilexit nos cum inimici sui essemus: qꝛ sicut dicit apostolus ad Roma. Cū inimici essemus reconciliati sumus deo per morteꝫ filij eius. Rex iste dominus nr̄ ihesus xp̄us ꝑpendens ꝙ dyabolus qui est rex super oēs filios superbie: omnes quasi infinitis machinationibus moliretur destruere accepit tabulas: de quibus ad literaꝫ dicitur Exo. iij. tabulas videlicet moysi: scripsitqꝫ in eis informationem sufficientem contra demoneꝫ et machinationem eius. sicqꝫ per nuncium fidelem scꝫ moysen ciuitati humani generis destinauit. Sed scripta ista fuit sic sublinita quadam cera id est cerimoniis quibusdam ita ꝙ moralia legis non potuerunt plane et aperte legi ab vnoquoqꝫ tempore legis scripte: nec bene intellecte fuerunt questiones multe inter veteres super intellectum istaꝝ tabulaꝝ. Sed certe nunꝙ aliquis inuentus fuit qui istarum tabularū intellectum apire potuit: donec vna puella soror regis veniret valde prudens ac de nobili genere ꝓducta Domicella ista erat beata virgo maria mr̄ dei et hominis scꝫ benedicta et sanctificata: soror etiaꝫ regis christi: nam cum ipsa esset filia regis dauid ꝯm carnem: ipsa etiam est filia dei spūaliter loquendo: iuxta illud Lu. Huic erat soror nomine maria: hec itaqꝫ scꝫ virgo maria tabularuꝫ legis antique apuit intellectum. Sed quomodo: certe delendo ceraꝫ. Scitis enī ꝙ veniente lumine recedit vmbra: et igne calefaciente defluit cera. mō iste cerimonie fuerunt q̄si vmbra. Christus autem deus fuit ignis: et maria mater eius illuminatrix: in die purificationis sue sponte et humiliter subiecit se cerimoniis legis: licꝫ non indigeret vt filium suum ignem diuinū in templum presentaret Necesse ergo est et fuit vmbrā recedere: et cerā ipsam defluere et auferri: vnde Ps. Sicut fluit cera auferentur: supcecidit ignis et non viderunt solē et quia in die purificationis sue cerimonias abstulit et sic legem impleuit: et nos a seruitute dyaboli per natiuitatē filij sui liberauit et ad vitam eternam deduxit: ad quam nos perducat ihesus christus marie filius ꝛc̄

Timor mundanus
Capitulum. xxij.

Narrat Augustinus ꝙ quando egiptij olim volebant deificare ysidem et serapem isto modo processerunt: Primo legem statuerunt ꝙ quicunqꝫ eos diceret esse homines: vel aliquis de eorū genealogia narraret capite plecteretur. statuerunt duas imagines. Secundo vt lex predicta nullum lateret in oī templo: vbi eorū imagines colebantur: et iuxta eos ponebatur vnum paruū dolum habens digitum suum labiis applicatum: vt per hoc faceret signū silencij ingredientibus ista templa: et sic veritas ab omnibus taceretur.

Applicatio

Carissimi. Reuera homines mundani ista faciūt tenebrosi oppressores veritatis: et subuersores ecclesiastici status quando volunt deificare et glorificare semetipsos vel alios consimiles ponunt statim quoddam ydolum coram oculis prelatorū facientes signum silencij ita videlicet vt nullus audeat eos arguere. nec de eorum factis exprimere veritatē: sed magis eoꝝ errores dissimulare vel potius magnificare vt sic propter defectū ꝯtradictiōis

videantur apud populum esse iusti. et certe istud ydolum est timor mundanus propter quē nullus audet dicere veritatē: nec mori propter veritatem: nec nimiam persecutiōē sustinere: imo propter istud ydolū illi quorū principaliter interest ꝑ suo grege mori fiunt ita timidi sicut lepores: imo quod peius est ipsi fiūt alius ydolum silencij: quia si ipsi nō essent alij defenderent veritatem et dei qui est veritas pre oculis haberent in omnibus operibus.

De spirituali medicina Capitulum. xxiij.

Eaius augustinus refert ꝙ mos antiquitus erat ꝙ corpora imperatorum post mortem eorū comburerent: et cineres in eminentiori loco collocarentur. Contigit autem ꝙ quidam moriebatur cuius cor non poterat comburi. Multis autem super hoc mirantibus oēs rethores et sapientes illius ꝓuincie citauerūt et ab eis causā inquirentibus: tandē dixerūt ꝙ imperator fuit intoxicatus: et propter latēs venenum accendi non poterat cor eius. tūc illi extrahentes cor de igne apposuerunt tyriacam: sicqꝫ venenum fugauerunt: et cum iterum cor in ignē poneret mox in cineres est redactum.

Moralisatio

Carissimi. Sic spiritualiter de hominibus veneno peccati mortalis intoxicatis: impossibile est vt eorū corda igne spiritussancti accendantur nisi ꝑ tyriacā id est per confessionē et ꝯtritionem prius peccati macula deleatur.

De suggestione dyaboli per temporalia Capitulum. xxiiij.

De quodā mago narratur qui habuit quendā ortum pulcerrimū in quo erant tot flores redolētes tot fructus suaues: tot diuitie et delicie ꝙ valde delectabile fuit ibi esse. Hunc locum nullis volebat ostendere nisi fatuis et inimicis suis. Et cum essent introducti viderunt tot et tanta gaudia ꝙ mirabantur: instanter querebant vt in illo poterant manere. Ille vero nulli consentiebat nisi qui hereditatē eius ei concederet. Fatui vero credebant ꝙ esset paradisus in quo semper deberēt permanere: et hereditatem illorum concesserūt magus vero de nocte surgebat et eos dormientes inueniebat et occidit: et sic per ortū istum quasi infinita mala perpetrauit.

Moralisatio

Carissimi. Iste magus cum orto suo est mundus iste cum diuitiis suis et gloria sua. Magus dicitur quia per incantationes suas multos seducit sicut isti ioculatores faciūt. Talis ponit scutellā et nihil ponit intus: interim fabulatur et trufat et ludificat circūstantes: postea querit quid est ibi et apparet denarij: distribuit et dat circumstantibus: accipiunt gratanter et cū clauserint manus: credentes se habere denariū: postea aperientes manus nihil inueniunt. Sic mūdus iste multos decipit incautos et illudit: et sic est de multis q̄diu nihil est de re sub scutella vel disco: hoc est q̄diu nihil habet nisi ea tantū que victui sunt necessaria modicū curat de mundo. Quod videns mūdus volens eos decipere eleuat patellā et ostendit quod latet id est modicū eleuat personam et exaltat sup̄ vite necessaria vt ad ecclesiam vel prebendā: et tunc incipit ostēdere diuitias et delicias: statim miser homo appetit et concupiscit ea que sunt contra salutē anime sue: et dantur ei multa et credit ille ditari et i optimo statu esse: sed si aperiat manus eius nihil in fine inueniet: teste Ps. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum i manibus suis. Studeamus ergo mundum istum spernere si desideramus ad vitam eternā peruenire: ad quam nos perducat ihesus christus marie filius etc.

De beneficiorum obliuione et ingratitudine.

Capitulum. xxv.

Quedā domina nobilis patiebat multas iniurias a quodā tyrāno qui vastabat eius terrā. Illa hoc audiens quotidie lacrimas emisit: et in amaritudine est aīa eius posita. Accidit a casu ꝙ venit quidam peregrinus iuxta eam vbi manebat: vidensqꝫ eius angustiam pietate motus bellum pro ea dedit eo pacto ꝙ si in bello moreretur: baculum eius et peram priuatim in camera eius custodiret vt memoriam de eo haberet: et sibi grata esset.

Illa vero fideliter ei concessit: peregrinus bellum attemptans tyrãnum deuicit: et ipse in bello vsq ad morte vulneratus est. Puella cum de morte eius audisset fecit quod promisit: baculum et peram in camera suã ante lectum suum pependit. Accidit q per regna et castra fama volabat q ista nobilis domina omnia regna amissa recuperasset. Hec audientes tres reges et ad eaz venerũt cum magno apparatu vt eam visitarent et in vxorez peterent. Illa statim ornauit se et in occursum illorum ambulabat: eosq satis honorifice recepit intra se cogitabat. Forte isti tres reges cameram intrare proponunt erit mihi opprobrium si ante lectum meum inuenirent peregrini peram et baculum: et iussit ea amoueri nec vltra ibi comparere. Sic pacti sui oblita et ingrata reperta est.

¶ Applicatio

Carissimi. Domina ista est anima humana. Tyrãnus dyabolus qui cã priuauit hereditate regni celestis per multa tempora: vnde ipsa multuz dolebat. nec mirum: quia in inferno diu posita erat donec peregrinus venerat scz xp̃us qui de celo descendit et in peregrinationem istius mundi. Pera eius caro mundissima in qua latuit diuinitas in q̃ recepit vulnera. Baculus est lignũ crucis in quo pependit pro nobis peccatoribus. Unde pro anima fecit victoriaz feria sexta vt nos liberaret a pena: et vt ei restituerentur omnia amissa. Petit ergo instant a te vt pro eius amore peram et baculum custodias hoc est vt recentem memoriaz continue de eius passiõe habeas infra cameram cordis tui. Tres reges sunt dyabolus mundus et caro qui veniunt ad hominem suggerendo delectando consentiendo miser homo nõ premeditatus de futuris ornat se cum viciis et ɔcupiscentiis: et occurrit eis ɔ̃cito cõsensit: et sic amouet memoriã christi: et per consequens oblitus dei est. Studeamus ergo eius beneficia recolere si volumus ad eternũ brauium peruenire.

De humilitate
¶ Capitulum. xxvj.

Regina quedaz nobilis de seruo rustico ɔcepit filiuz. Filius post hoc viciose et male se habuit in ɔspectu principis patris sui putatiui. Princeps vero a regina diligenter quesiuit an filius suus esset: qui tandem per confessionẽ regine inueniens non esse filium suum: nolens tamen propter hoc eũ priuari a regno regnum suum dedit sibi: sed sic ordinauit q pannos suos diuersi generis et coloris faceret: medietatẽ de vili panno et aliam de precioso vt quãdo vilem respiceret a superbia et omni vicio quociẽs retraheret. quando vero nobilez pannum ne omnino deiiceret, sed per ista discretum se exhiberet.

¶ Applicatio

Carissimi. Sic spiritualiter caro nostra ad modũ vxoris carnalia diligens vult nos retinere ne pergamus ad terrã promissiõis quotiens peccatum mortale comittimus. Quid ergo est nobis faciendũ. Certe debemus dare carni anulũ obliuionis vt abstrahatur a delectationibus que sunt ſm sensum vt sic obliuiscatur delectationes carnales. Sed anuluz memorie debet anima sibi retinere vt videlicet in memoria iugiter habeat penas infernales et nouissimum vite sue vt sic caro obliuiscatur peccare: vnde scriptum est. Memorare nouissima tua et ineternum nõ peccabis Eccle. vij. Tunicã debemus habere quia sumus filij rustici hoc est terre Job. xvij. Putredini dixi pater meus es ₰c: vnde si a nobis queratur quid est homo: certe dicemus q homo est paup aut debilis aut stultus aut rusticus id ẽ ignobilis et turpis. Pauper es si indiges potentia: rusticus si indiges nobilitate: et stultus si sapientia. q paup sis probo. Nihil habes de te nisi peccatum: si enim reddas oui lanam: boui calciamenta: terre segetes nihil tecuz manebit nisi peccatum. Secundo tu es debilis: quia nil boni operis potes de te. vnde homo cõparatur flori qui mane est pulcer et splendens de sero marcescit. itez fumo Ps. Sic deficit fumus: sic deficiant peccatores a facie dei. item vanitati Ps. Homo vanitati similis factus est. Tercio tu non es sapiens quia non cognoscis teipsum Quomodo ergo alia cognoscere potes. Quarto tu non es de magna parentela: sed de qua dicitur

[illegible]

Genes.xvij.putredini dixi. Pat meus es: tu mr mea et soror mea vermibus. Quinto tu nō es pulcer: quia cito transis z vana est pulcritudo tua. ideo vna pars pāni est caro vilissima: alia pars nobilissima scz anima q̄ ad imaginem summi regis condita et vilo corpori infusa est: per quaz homo redditur supercelestium socius z creaturarum digni ssima. ergo si ista duo sm eorum naturam voluerimus obseruare ad regnum eternuz poterimus puenire. quod nobis pcedat zc.

De iusta remuneratione Capitulum.xxvij.

Quidā impator erat diues valde z potens qui vnicam filiam habebat pulcrā valde: et oculis hominum graciosam: quaz miro modo dilexit intantuz q̄ quinqz milites ei p sua custodia assignauit. Milites vero isti quasi ptinue armati incedebant et certam prebendaz singulis diebus de thesauro regis p custodia filie accipiebant. Rex vero senescalcum et canem habebat quos multū dilexit. Canis vero tribus cathenis erat ligatus: q2 valde crudelis erat: et quos potuit apprehendere occidit. Accidit semel q̄ cū rex in stratu sub iacuisset terram sanctam visitare proposuit mane surrexit et senescalcū ad se vocari fecit: et ait ei. Terram sanctam visitare volo sub tua custodia filiam meam vnicam cum militibus dimitto et canez quem diligo: precipio tibi sub pena capitis q̄ nullū defectuz filia mea habeat. Oia necessaria militibus sm q̄ decet ministres. Canem vero ptinue in cathena habeas et ei non laute administres sed potius famem sustineat vt sic eius crudelitas atqz ferocitas anihilet. Senescalcus vero omnia adimplere fideliter pmisit. Rex vero terram sanctā adiit z senescalcus omnia que promisit et totum preceptum in contrarium egit. Nam canē de melioribus cibariis semper pauit: nec eum sicut debuit custodiuit: puelle necessaria subtraxit: et milites prebenda priuauit intantū q̄ dispersi z vagabundi per mundum ibant: puella sine custodia sic relicta plorans z eiulās ambulabat in aula sua. Canis cum eam solaz vidisset tres cathenas fregit cum quibus ligatus fuit. et puellam occidit: de cuius morte factus est planctus magnus i ciuitate. Rex vero cū audiuisset de morte filie sue cōmota sunt omnia viscera eius: senescalcum ad se vocari fecit z cur filiam suam sine custodia dimisit: z milites sine prebenda: z canē ptra preceptum eius pauit. Ille vero obmutuit nec aliquid pro eius excusatione allegauit. Rex vero tortoribus precepit vt ligatis pedibus et manibus eum in fornacez ardentē proiicerent: omnes regez laudabant q̄ tale dedit iudicium

Moralisatio

Carissimi. Imperator iste est dominus noster ihsus christus. filia tam pulcra est anima ad dei similitudinem creata pro cuius custodia quinqz milites id est quinqz sensus ordinauit vt cōtinue bonis operibus essent armati et prebendam gratie dei reciperent. Canis vero est caro misera que die ac nocte nititur perturbare spiritum et animā occidere. Unde de necessitate requiritur q̄ tribus cathenis sit caro continue ligata scz per timorem dei per eius amorē et pudorez peccandi. Propter timorem: quia deus est iustus et iuste peccatorem iudicat ad penam perpetuam. Hec est cathena prima cū qua caro misera ligetur ne deum offendat: et salutez propriā perdat. Secūda cathena est amor dei: quia homo tenetur ipsum super omnia diligere: etiam plus q̄ seipsum: propter eius amorez teipsum debes refrenare a viciis z concupiscentiis cauere. Et q̄re debes ipsuz intantū diligere: certe quia te creauit: te plasmauit: te ad similitudinem suam fecit: te redemit z vitam eternaz dabit. Tercia cathena est pudor hominis peccare in conspectu dei: quia omnia videt etiam minimam cogitationez quā in corde habes. propter ista tria homo debet seipsuz cohibere nullomodo deū per peccatuz offendere. Senescalcus est homo cui tradidit animaz cum quinqz sensibus: et carnem sic dedit ad regendum vt pro eis respondeat quando dominus nr ihesus xp̄us ad iudiciū venit. Sed miser homo qui non diligit deum cathenas frangit: q2 postponit dei timorem: non curat cogitare q̄ iusto iudicio hominē eternaliter damnat: postponit dei timorem: non curat pensare quanta iudicia amoris ei ostendit q̄ eū de nihilo plasmauit ad eius similitudinem fecit: cum sua

imagine diuina decorauit. p eo se humiliauit: naturam nostram assumpsit: pprio sanguine eum redemit. nec pudorem peccandi coram domino deo suo habuit. omnia in contrarium perpetrat et animam suam occidit. Ideo cum venerit dies iudicij tunc apparebit peccator et non poterit ad obiectum respondere. Tunc deus tradet eum tortoribus infernalibus sicut ipse testat Mat. xv. Ite maledicti in ignem eternum. Studeamus ergo ante omnia animam a peccato custodire si desideramus ad eternam vitam peruenire:

De inexecrabili dolo vetularum
Capitulum. xxviij

Imperatrix quedam erat in cuius imperio erat quidam miles qui nobilem vxorem et castam atque decoram habebat. Contigit q miles ad peregrinandum perrexit sed prius vxori dixerat. Nullum custodem vltra te dimitto quia satis credo q non indiges: parato comitatu abijt. vxor vero caste viuendo domi remansit. Accidit semel q precibus compulsa cuiusdam sue vicine epulandi causa domus eius ingrederetur quo pacto ad propria remeauit quam quidam iuuenis aspectam arti amore cupit amare et plurimos nuncios ad eam direxit cupiens ab illa quantum ardebat amari. Quibus contemptis eam penitus spreuit. Ille vero se omnino contemptum videns adeo dolens efficitur q infirmabatur. Sepe tamen illuc ibat sed nihil ei valuit eo q domina eum per omnia spreuit. Accidit quadam die q versus ecclesiam perrexit dolens ac tristis: obuiam ei habuit vetulam quandam in proposito sanctam reputatam que cum iuuenem tristem vidisset causam tante tristitie ab eo quesiuit. At ille. quid prodest mihi tibi narrare. At illa. Oportet q vulnus tuum detegas si operam medicantis expectes. Ideo ostende mihi causam tanti doloris cum dei adiutorio te curabo. Iuuenis cum hoc audisset ostendit ei quomodo dominam dilexit. Ait vetula. Perge cito ad domum tuam quia infra breue tempus te curabo. His dictis iuuenis ad domum perrexit et vetula ad propria remeauit. Vetula ista quandam caniculam habebat quam duobus diebus ieiunare cogit et die tercia panem sinapi confectum canicule ieiunanti dedit: quem cum gustasset pre amaritudine oculi eius lacrimabantur tota die. Tunc vetula ad domum domine perrexit cum canicula quam iuuenis dilexit intantum statim a domina est honorifice suscepta eo q reputabatur sancta. Dum autem ad inuicem sederent domina paruam caniculam lacrimantem respexit admirabat multum et quesiuit causam. Ait vetula. O carissima amica noli querere quare lacrimat quia tantam dolorem habet q vix poterit tibi innumari. domina vero magis ac magis istigabat vt diceret. Cui vetula. Hec canicula erat filia mea casta nimis et decora quam iuuenis quidam vehementer adamauit: sed adeo casta erat vt omnino sperneret illum amorem vnde iuuenis tantum dolens pre dolore mortuus est pro qua culpa deus conuertit filiam meam in caniculam sicut tu vides. His dictis incepit vetula flere dicens. Quotiens filia mea recolit q tam pulcra puella erat: et modo canicula flet: et consolari nequit: imo omnes ad fletum excitat pre nimio dolore. Audies hec domina intra se cogitabat: heu me simili modo quidam iuuenis me diligit pro amore meo infirmat: et totum processum vetule narrauit. Vetula hec audiens ait O carissima domina noli amorem iuuenis spernere ne forte et tu mutaberis in caniculam. sicut filia mea quod esset damnum intollerabile. Ait domina vetule. O bona matrona date mihi sanum consilium vt non sim canicula. Que ait. Cito pro illo iuuene mitte: et voluntatem suam sine vlteriori dilatione facias. At illa. Rogo sanctitatem tuam vt tu pergas ad eum et tecum ducas. scandalum posset esse si alius ad eum accederet. Cui vetula. Tibi compatior: libenter tibi eum adducam. Perrexit et iuuenem secum duxit. et cum domina dormiuit: Et sic per vetulam domina adulterium comisit

Moralisatio

Carissimi. Iste miles est christus Vxor casta et decora anima per baptismum lota: cui deus dedit liberum arbitrium et sue voluntati tradidit: quomodo de hoc mundo ad patrem ascendat. Mulier ista scilicet anima inuitatur ad conuiuium quotiens inclinat ad carnalem concupiscentiam. Quia conuiuium hominis

carnalis est semper in delicijs viuere. Grati iuuenis .i. mundi vanitas caz inquantum pot alicit vt ei adhereat: Si vero non consenserit adest vetula scz dyabolus qui circuit querens quem deuoret aiaz scz principaliter quantum potest solicitat vt peccato consentiat et quomodo. Certe ostendit sibi caniculaz flentem. Canicula est spes longe vite et nimia de dei misericordia presumere quam multi habent intantum quod cito ad peccatum inclinant. Quia sicut ista canicula ex sinapi lacrimabat: sic spes sepius animaz affligit ne ad veritatem attingat intantum quod homo peccato consentit. Si ergo volumus castitatez aie seruare: et mundi deceptionez precauere fugiamus mundu3 sumope: quia omne quod est in mundo aut est supbia vite aut concupiscentia oculorum aut concupiscentia carnis: et ideo summum remedium est illum derelinquere si volumus premiuz eternum obtinere

¶ Nota de iudicibus malis
¶ Capitulum xxix.

Erat quidem imperator qui statuit pro lege quod sub pena graui quilibet iudex recte iudicaret: et si contrarium faceret nullo modo misericordiam inueniret. Accidit casus quod quidam iudex muneribus corruptus falsuz iuditium dedit. Imperator cum hoc audisset seruis suis precepit vt eum excoriarent: et sic factum est: pellem eius in loco vbi iudex sedere deberet: posuit ad significandum quod ille iudex cogitaret quod amplius iuditiuz falsum non daret: Rex vero filium iudicis defuncti iudicez constituit dicens ei. Sedebis super pellem patris tui vt iudices populum meuz. Si vero aliquis afficit tibi domuz vt declines a via recta ad pellez patris tui respice ne tibi hoc idem contingat

Moralisatio

Karissimi. Imperator iste est dominus noster Jesus christus qui istam legem edidit. Unde de utro. Judices et magistratus constitues etc. ipse vero recte et omni tempe nos iudicat: quia pater noster celestis totum iuditium filio dedit. Judex qui male iudicauit est quilibet homo qui habet seipsum quantum ad vite rectitudinem iudicare quid et quantum contra deum deliquit. Si vero aliquis vestrum sit muneribus .i. malis hu-moribus corruptus debet excoriari .i. in omnibus vicijs suis per penitentiam denudari: vt poterit dicere verbum illud Job. Pellem pro pelle: et quicquid homo haet dabit pro anima sua. Pellis que ponitur pro memoria in sede est christi passio: quam homo debet habere retentam in sede cordis sui. ne contra deum et salutem anime sue delinquat sicut scriptuz est. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Xps non tantum pellem in sede crucis pro nobis dedit: sz etiaz vitaz. et ideo si veri filij sumus eum per peccatum offendere non debemus. et si contingit nos labi respiciamus ad crucem quantum pro nobis sustinuit vt emendemus cum operibus misericordie: et per consequens vitam eternam obtineamus

¶ De peccato et iudicio Ca. xxx.

Erat quidam rex qui statuit pro lege quod victori de bello redeunti fieret triplex honor: tres molestie. Primus honor quod victori obuiabat populus cum leticia. Secundus quod omnes captiui currum eius ligatis manibus et pedibus retro sequebantur. Tercius honor quod indutus tunica iouis sedebat in curru quem trahebant quatuor equi albi: et ducebatur vsqz ad capitolium. Ne cum his honoribus obliuisceretur sui triplicem molestiam oportebat illum sustinere. Prima est quod cum eo ponebatur in curru quidaz seruilis conditionis vt daretur spes cuilibet quantumcuqz vilis conditionis peruenire ad talem honorem si probitas mereretur. Secunda molestia erat quod iste seruus eum colaphisabat ne nimis superbiret et dicebat. Gnotoscauton .i. nosce teipsuz et noli supbire de tanto honore: respice post te: hominem esse memento. Tercia molestia erat quod illa die licebat cuilibet dicere in personam triumphantis quicquid vellet: s. omnia opprobria

Moralisatio

Karissimi. Iste imperator est pater celestis: victor de bello dominus noster iesus christus qui contra dyabolum victoriam obtinuit. Unde in die palmarum triplex honor ei fiebat. Primo quod ei obuiabit populus quando omnes contra hierusalem prexerunt cum palmis ramarum et vestimentis: et pueri clamabant. O sanna

filio dauid. Secundus honor q̄ omnes captiui rc̄. Isti captiui erant iudei z peccatores in peccatis ligatis qui currum humanitatis eius sequebant̄ videntes signa z prodigia que faciebat. Tercius honor q̄ victor indutus erat tunica iouis. Tunica ista erat diuinitas humanitati interius ꝯiuncta queꝫ trahebāt quattuor equi albi. i. quattuor euāgeliste qui de eius diuinitate z humanitate loquebāt̄. Contra istos honores triplex ei molestia fiebat. s. q̄ vnus seruilis conditōis ponebat̄ cum eo. s. latro pessimus. Secūda molestia erat q̄ serui eum colaphisabant. Sic iudei christo fecerunt dicentes. Prophetisa nobis quis est qui te percussit. Tercia molestia q̄ omnia opprobria ei dicebantur: sic iudei in faciem eius expuerunt z opprobria dixerunt

De rigore mortis
Capitulum. xxxj

Legitur de morte Alexandri: cuꝫ sepultura eius fieret aurea plurimi philosophi ad eum venerunt. De quibus vnus dixit: Alexander heri ex auro fecit thesaurum: z nunc econuerso aurum ex eo fecit thesaurus. Alius dixit Heri non sufficiebat alexandro totus mūdus: hodie sufficiunt ei tres vel quattuor vlne panni. Alius dixit. Heri alexandro populo imperabat: hodie populus imperat illi: Alius dixit. Heri alexander potuit a morte multos liberare: hodie ipse iacula mortis nō potuit vitare. Alius dixit: Heri terraꝫ p̄mebat hodie ab ea premit̄. Alius dixit: Heri alexādrum omnes timebant: hodie eum vilē omnes reputant. Alius dixit. Heri alexander multos amicos habuit: hodie nulluꝫ. Alius dixit Heri alexander duxit exercitum: hodie ab illis ducitur sepulture

Moralisatio

Karissimi. Iste alexand̄ potest dici quilibet diues istius mūdi qui laborauit totaliter in mundanis. Aliqui magis laborant quando moriuntur circa funeralia sua cum magno pompa q̄ circa animam que iacet in penis. i. philosophi adducti sunt: doctores ac sacre scripture expositores qui dicunt̄ diuites huius mundi ex auro mundano. Modo diues huius mundi facit thesauꝝ: hoc est dicum Homo tenetur de bonis mundanis impleri. i. bonis virtutibus sicut est dare elemosynam: vestire nudum rc̄. z sic facit de eo q̄ntuꝫ ad animam in celo thesauꝝ. Item dicunt. Nō sufficit auaro mundus. quia quāto plus habꝫ tanto plus cupit habere. z hoc est fatuitas. quia mundus deficiet sibi in morte. Sꝫ si de omni labore suo duas vel tres vlnas vilis panni obtinuerit multuꝫ est. Iteꝫ dicunt diuites dum viuunt imperant: sed post mortē quilibet pauper ei imperat: z q̄diu viuit diues multos potest a morte liberare: z tamen nullus diues q̄ntumcūqꝫ potens in necessitate iacula mortis euader potest. Item homo terre dominat̄: sed in morte ei dominatur: quia totum corpus hominis per terram ꝯsumit̄: z q̄diu homo viuet timet̄. Sicut scriptum est. Facies hominis facies leonis. sed in morte vilis ab omnibus reputat̄. Item q̄diu viuit amicos habet: sed in morte omnes recedunt z ipsum soluꝫ delinquūt q̄diu homo vixit potuit multos secum acquirere z docere. sed in morte ab alijs ducetur. Unde christus dixit petro. Alius cinget te z ducet quo tu non vis

De inspiratione bona
Capitulum. xxxij.

Refert Seneca q̄ in corporibus venenosis p̄pter malitiam veneni z nimiam frigiditatem nullus vermis nascitur sed si percussa fuerint fulmine post paucos dies vermes p̄ducunt

Expositio

Karissimi. Per corpora venenosa intelligo homines in peccato mortali venenatos tales pre frigiditate peccati vermē p̄ducere non possunt z ideo percutit eos deus fulmine dum talibus infundit gratiam quam si peccator recipere voluerit cito conuerti potest. Et idō sanum consilium est vt cito per contritionē conuertamur ad christum Quod nobis dignetur prestare dominus noster Jesus cristus rc̄:

De iactantia
Capitulum. xxxiij.

Refert enim Ualerius q̄ homo quidam nomine parantinus flēs dixit filio suo z omnibus vicinis suis. Heu heu mihi: habeo in ortu meo ar-

borem infelicem qua vxor mea prima se su spendit: postmodum secunda: modo tercia. Et ideo dolor ē mihi miserabilis. Ait vnus cui nomen Artius. Miror te de tantis suc cessibus lacrimas emisisse Da mihi rogo tres surculos illius arboris: quia intendo in ter vicinos diuidere vt quilibet arborē ha beat ad vxorem suam suspendendam

Moralisatio

Carissimi Hec arbor est crux san cta in qua pependit christus: hec arbor debet poni in ortu homi nis dum anima habet iugem me moriam de passione christi. In ista arbore tres vxores suspenduntur .s. superbia vite: concupiscentia carnis: ꝛ concupiscentia ocu lorum. Homo enim datus mundo tres vxo res ducit. Una est filia carnis que vocatur voluptas. Alia filia mundi que vocatur cu piditas. Tercia filia diaboli que vocatur su perbia: Sed cum peccator gratia dei adhe ret penitentie: iste vxores voluptates suas non habentes suspendunt. Cupiditas se su spendit fune elemosyne: superbia fune hu militatis. Voluptas se suspendit fune ieiu nij ꝛ castitatis. Iste qui quesiuit surculos ē bonus christianus: qui toto conamine hoc debet appetere ꝛ querere. non tantum pro se sed ꝛ alijs vicinis. Ille qui fleuit est mi ser homo qui magis diligit carnē ꝛ ea que carnis sunt ꝙ ea que sunt spiritussancti. ta men sepius talis ad informationem boni vi ri ad rectam vitam poterit duci. ꝛ sic vitam eternam obtinebit.

De ponderatione vite
Capitulum. xxxiiij.

Legitur de rege Alexandro qui habebat Aristotilem magistrum de cuius doctrina multum profecit. ꝛ mul tas v̄tutes ab eo didicit. Inter cetera a ma gistro suo quesiuit aliqua sibi ꝛ alijs profi cua dici. Ait magister. Fili ausculta diligen ter ꝛ si meam doctrinam tenueris ad ma gnū honorē peruenies. Septem sunt que te docebo. Primum est: stateram ne transi lias. Secundum est: ignem cum gladio ne foueas. Tercium est: coronam ne carpes: Quartum cor auicule ne comedas. Quin tum: cum profectum fueris non redeas. Se xtum: per viam publicam ne ambules. Se ptimum: hirundinem garrulantem in domo non permittas: Rex in istis septē miro mo do studeat ꝛ profecit ꝙdiu vixit

Expositio

Carissimi: Statera ista ē vita hu mana: Duo in pēsis sunt ingres sus in mundū ꝛ egressus ab eo Ponat ergo homo in vna pen se scilicet in paupertate cum qua ingressus est. ꝛ in alia paupertate cum qua egredie t ꝛ inueniet ꝙ eque ponderabit: sicut pauper ingreditur sic pauper egreditur: Eccle. ij. Sicut egressus est nudus de vtero matris sue: sic reuertitur ꝛ nihil aufert secum de la bore suo Item pone in vna parte statere tē pus in quo peccasti: ꝛ tunc quero sicut chri stus quesiuit a p̄re filij infirmantis q̄n̄do ei accidit. Respon det ei pater. Ab infantia ꝛc̄. Et ego quero a te quando incepisti pecca re. Heu respondebis. Non heri nec pridie. sed ab infantia. Pone ergo tempus pecca ti in vna parte ꝛ minus ponderabit. Noli er go transilies stateram sed bene [illegible] pone ad aliam tempus penitentie. sed nē scis ꝙdiu possis penitere. Ideo multiplica opera penitētie vt eque ponderent tuis ma lefactis: sicut dixit Zacheus. Si quid aliquē defraudaui reddo quadruplum. Non ergo transilias vltra istam stateram. hoc est non nimis cupias vltra que sūt necessaria victui; sicut legitur de vulture. Vultur cum cepe rit predam probat an totam predam possit secum portare: ꝛ cum ea volare vel non: sȝ non diuidit ꝛ tantū secum portat ꝙ possit secum volare: ꝛ sic tantum habet de preda quod sibi sufficit: Eodem modo homo de beret facere. Multi sunt qui diuitias pro preda ponunt vt diuites fiant nocte dieq̄ȝ la borant. aliena rapiunt: ꝛ cum habuerint in abscondito ponunt. ꝛ per illam detinentur: ꝙ ad deum volare non possunt: ꝛ hec est magna fatuitas ꝙ illis vtuntur que secum portare non possunt. Diuidatur ergo pre da. id est. diuitie ꝙ sibi necessarium teneat. residuum det pauperibus. ꝛ sic poterit ad deum volare. Secundum est: Ignem cum gladio ne foueas. id est. iracundum cū ver bis asperis ne prouoces. Ira enim compa tur igni: quia cum aliquid iracundo deficit statim inflāmatur Iste ignis non est fouen

bus gladio. Gladius vero est ligua hominis que ad modum gladij materialis lata ē ꝛ acuta ex vtraqꝫ parte. Psalmista. Lingua eorum gladius acutus. Est eniꝫ de ira cundo sicut de calce. In calce est odor sopitus: sed si supponatur aqua statim inflāmatur ꝛ fumum exire facit. Sic est cum iracundo in quo est ira sopita cum audierit verba aspera statim inflammatur: ꝛ fumum ire et rixe exire permittit: ꝛ ideo ignem non debemus fouere cum gladio. Tercium est: Coronam ne carpas. id est. leges ciuium ne reprehendas. Ciuitas in qua sumus est ecclesia: leges huius ciuitatis sunt doctrine ecclesie: quas nullus sapiens debꝫ reprehendere sed humiliter audire ꝛ imitari: sed ista doctrina multos habet reprehensores. Quod patet ex eo ꝙ habet paucos auditores. Et ideo nobis est necesse verba dei audire et eius precepta: ꝛ nobiscum firmiter retinere si intendimus ad eternam patriam venire. Quartum est cor auicule ne comedas. id ē nulli aduersitati temporali tristitiam odium inuidiam in corde tuo habeas. Quia puerbiorum. xv. dicitur. Sicut vermes ligno ꝛ tinea vestimento sic tristitia viri nocet cordi: Homo ergo se iungat deo per bonam vitā ꝛ semper habeat in corde recentem memoriam ꝛ nullum doloreꝫ sentiet: imo plus de aduersitate gaudebit. Ibant apostoli gaudentes ꝛc. Quintum est. Cum profectus fueris non redeas: id est. cum a statu culpe recesseris non redeas ad vomitum peccati De ista sapientia habetur Ecle: xxj. Fili peccasti non adijcias vltra. Sed timeo ꝙ multi sunt ad modum canis de quibus loquitur Petrus Sicut canis reuersus ad vomitum suum: sic peccator qui iterat vias suas malas. Item est de multis sicut de vipera. Vipera enim volens copulari cuꝫ lāpreda fugit venenum: tunc vipera in quodam loco venenoso euomit: ꝛ sic copulatur ei: ꝛ postea redit ad veneniꝫ Sic multi volentes christo copulari in altari euomūt venenum dum peccata confitentur: sed postea redeunt ad illud. Sextum est. per viaꝫ publicaꝫ ne ambules. Via publica est via peccatoris: per quam maior pars mundi transit: quia lata est Mathei. vij. Spaciosa est via que ducit ad perditionem: ꝛ multi sunt qui ambulant per eam. Unde notanduꝫ est ꝙ alique sunt bestie que nunꝙ per viaꝫ rectam ambulant vt canes fugiant. Sic debet homo dum eū in mundo ꝛ in periculo propter canes infernales fugere qui euꝫ sequuntur: sicut dicit Psalmista. Circumdederunt me canes multi. Fugiendum est de tali via: quia ibi sunt venatores dyaboli qui triplici genere venationis vtūtur. Tria enī sunt genera venationis. ꝛ omnia sunt dolo plena. Primum genus est qui venantur bestias fugitiuas: ꝛ isti faciunt foueas vt capiant eas. Fouee iste sunt vsure ꝛ bona tēporalia: vt mendacia: falsa iuramenta: ꝛ deceptiones: in quibus cupidi decipiuntur. Secundum genus venationis est qui venātur aues: isti ponunt laqueos qui sunt falsi aduocati: ꝛ placitatores ac iudices qui per munera corrumpuntur: qui faciūt leges vt capiant pauperes. Tercium genus est piscatorum: qui ponūt retia sua ad accipiendū omne genus humanum. Isti sunt luxuriosi. Mulieres sunt retia dyaboli: per que fere de omni statu capiuntur aliqui. Septimum est: irundinem garrulantem in domo non permittas: id est. peccatum in corde: cōtra quod semper murmurat conscientia: Sicut de Jona habetur ꝙdiu erat in nauis ꝓfunditate non poterat esse tranquillitas maris. Eodem modo ꝙdiu hospitatur peccatum in corde hominis: ratione cuius cōsurgit tempestas magna duꝫ contra deū murmurat conscientia: nec tranquillitas esse potest donec Jonas in nauiculo ꝛ peccatum in corde expellatur: ꝛ cessabit tempestas. i. remorsus conscientie donec peccatum in ꝓfundo inferni demergatur. Ideo non sustineamus irundinē idē cū peccatum in corde sed desideremus vitam eternam obtinere. Ad quam nos perducat ꝛc.

De pacis reformatione ꝛ vindicta eā dissipantium

Capitulum. xxxv.

Legitur in gestis romanoruꝫ ꝙ talis erat consuetudo ꝙ cum formari debet aliqua pax inter magnos inter quos discordia erat ascendebant montem magnum ꝛ altum: ꝛ ducebatur agnus ꝛ occidebatur: ꝛ in consortium eoruꝫ sanguis eius effundebatur in pacis refor-

matrionem in signum q quicunq illorum pacem dissiparet de eo magna vindicta reciperetur & sanguis eius effunderetur

Moralisatio

Carissimi. magni domini fuerunt deus pater & homo. De eo dicit Ps. Magnitudinis eius non est finis. De homine qui ad imaginem dei factus est. Ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius &c. inter istos erat magna discordia intantum q quotcunq moriebant ad infernum descenderunt. Postea facta e pax magna inter deum & hominem. In cuius pacis reformatione ducebat agnus .i. cristus sup montem caluarie vbi occidebat et effundebat sanguis eius in signum q quicunq eorum pacem dissiparet de eo maxima vindicta reciperet: & sanguis eius effunderet. Ideo si pactum cum deo fregerimus. grauis vindicta sequeret. Quantam vindictam credis te habere si ea que in baptismo promisisti fregisti.

De cursu vite hominis
Capitulum. xxxvj

Legit de quodam rege qui ante omnia naturam hominis desiderat scire. In cuius imperio erat quidam philosophus sagax valde: de cuius consilio opati sunt multi. Rex cu de eo audisset nuncium ad eum direxit: vt sine vlteriori dilatione ad eu veniret. Philosophus cum voluntatem regis intellexisset venit ad regem. Ait ei rex: Magister a te sapientia & doctrinam volo audire. dic mihi in principio quid est homo. At ille. Homo est miser toto tpe vite sue. Vide principium tuu medium & finem: & inuenies q plenus es miseriis. Unde Job. Homo natus de muliere &c. Si respicis principium inuenies te pauperem & impotentem. Si mediu: inuenies mundum angustiantem Et forte animam tuam condempnantem. Si finem terra te suscipientem. Et ideo domine mi rex. Non habeas memoriam superbiendi. Ait rex: magister quero a te quatuor questiones quas si bene solueris te ad dignitates & diuitias pmouebo. Prima questio est: quid est homo. Secunda cui est similis. Tercia vbi est Quarta cum quibus sociis est: Ait philosophus. Domine ad primam questionem respondebo: quido queris quid est homo. Dico q est mancipiu mortis: hospes loci: viator transiens. Mancipium dicitur Quia manum mortis euadere non potest. Quia mors omnes labores & dies rapit: & sm q meruit habebit premium vel suppliciu: ite homo est hospes loci: quia obliuioni tradit Item est viator transiens: siue dormiendo: siue vigilando. siue comedendo: siue bibendo siue aliud faciendo: sp ad morte currit. Ideo debemus per via nobis puidere de victualibus .i. de bonis virtutibus. Secunda questio est. Cui homo sit similis. Dico q similis est glaciei: quia propter calorem cito dissoluit. Sic homo de terra & de elementis copagistatus p calore infirmitatis cito dissoluitur & corrumpit. Item similis est pomo nouo: quoniam sicut pomum nouum pendens in arbore cum debet ad crementu debitu venire. modico tamen verme interius exorto corrodit: & subito corruens inutile efficit. Sic homo in puericia sua crescens subito orit in eo infirmitas interius. & aia expellitur: & corpus corrumpit. Unde ergo superbit homo. Tercia questio est. Ubi e homo. Dico q in bello multiplici. scz contra mundum dyabolum & carnem. Quarta cu quibus sociis est homo. Respodeo q cum septem sociis qui eum continue molestant. que sut fames: sitis: calor: frigus: lassitudo: infirmitas & mors. Prepara ergo anima contra dyabolum mundu & carnem: quorum bella .i. temptationes sunt diuersa. & diuersimode preparanda est anima: vt eis resistet. Caro autem temptat nos p luxuria & voluptatem. Mundus p diuitias vanitatem Dyabolus p supbie vilitate. Si ergo caro temptat te istam adhibe medicinam: habeas in memoria q caro que te puocat ad peccatu vertet in cineres die & tpe ignoto & anima p eius delicto penam eternam sustinebit. Sap. ij. Extinctus cinis erit corpus nostru. & sequit. Postea erit obliuio & nemo habebit memoria opm nostroru Et si iste cinis sit in memoria temptatoe impediet ne peccat ad actum. Si mundus te teptat p vanitate adhibe ista medicina. Considera diligenter ipsius ingratitudine & nu q sibi seruiendi habebis voluntate. Nam ita ingratus est mundus q licet p tota vita

tuam illi fideliter seruias nihil apportare te cum te permittit nisi peccatum. est enim de mundo sicut de perdice. Perdex habens pullos suos sciens venatorem appropinqre nido vt venatorem retrahat a pullis venit prope venatorem z fingit se posse non volare. quod venator credens esse verum insequitur paulatim. Illa volat z ipse post illā vadit sperans illum cape: z sic ip facit donec elongatus est a pullis. z sic decipit venator q nec perdicem nec pullos hʒ. Sic ē de mūdo. Venator qui nido pullo℞ appropinquat est bonus christianus qui victum z vestitum z alia cum labore acquirere nitit. Sed mundus hominē libenter sustinet tali applaudit z simulat ac si sequi vellet et semper cum honore manere. quod videns homo sepe ab opibus bonis recedit: z mundi vanitatem sequit: z tunc mundus illū ab amore dei z bonis operibus elongat. Deinde mors illum subtrahit a seculo z manet ille miser deceptus. q non hʒ mundum quē sequat: nec fructum bono℞ opm a quibus elongat. Ecce q̄uo mundus suis seruitoribus reddit mercedem. Et hoc est quod dicitur Jacobi. ij. Totus mundus in maligno positus est. Omne quod est in mundo: aut est supbia vite z reliqua. Tercio si te temptauerit dyabolus ad bibe istam medicinaʒ Habeas in memoria passionem christi: per quam superbus cedit z non hʒ potestatem resistendi. Unde Apo. Induite vos armaturam vt possitis stare. Unde refert Solinus de mirabilibus mūdi q alexander equū quendaʒ habuit qui vocabat bucefalus cuius erat consuetudo q q̄ndo erat armatus: z paratus ad bellum nullum sessorem retinebat: nisi solum alexandrum. Sed si alius eum ascenderet statim pieciit a se q̄ndo vero non erat armatus famuli sup euʒ sedere pmittebant. Sic homo armatus christi passione nullum recipit in corde nisi imperatoreʒ deum Sʒ si aliq temptatio dyaboli cor suuʒ ascendere velit statim virtute passionis xpi hʒ ptatem deijciendi eā Si vero ista careat armatura dei statiʒ pnus erit ad omnes tēptatiōes recipiēdas. Studeamus ergo bonis virtutibus armari vt tandeʒ veniamus ad gloriam dei

De mentis in celum erectione Capi. xxxvij.

Refert Plinius q aquila in altū volat z nidificat cuius pullis insidiat serpens quidam qui vocat parnas. Qui videns se non posse appropinquare propter altitudinem: trahit ad se ventum z venenum emittit vt aer infectus per venenum ad pullos deductos illos occidat: Sed aquila ista ex instinctu naturali mirabilem adhibet cautelam. Portat enim lapideʒ qui vocat achates z ponit in nido in illa parte que est contra ventum: z iste lapis virtute sua venenum expellit. ne ad pullos accedat. Et sic pulli saluant ne interficiantur

Moralisatio

Carissimi. Per aquilam que est ardui volatus z acuti visus hō intelligit: cuius vita z desiderium a terrenis debeat eleuari: vt dicere possit cū Apo Phi. ij. Nostra conuersatio in celis est. In hac altitudine conuersationis debemus pullos. i. opa nostra bona ponere: tūc serpens antiquus. i. dyabolus querit illum occidere per appositioneʒ illius peccati mortalis: sed forte propter vite eminentiam propositum suum non potest adimplere. Tūc vadit dyabolus z temptat illos vēto interficere dum laudem humanaʒ sibi cōmendat: que sibi sepius veniet: z si ppter appetitum talis laudis faciat bona opa: morient pulli quo ad meritum. Accipiamus ergo petraʒ i. christum: z ponamus inter opa nostra: et ventum vane glorie: vt sic opa nostra dirigamus ad deum: z erit nobis retributō magna: Quia sicut vobis cōstare dʒ tres sagittas dominus iaciet in homines valde acutas: prima vocationis: secunda disceptatōis tercia diffinitionis. Sagitta vocationis q̄ndo dicet. Surgite mortui: venite ad iudiciū De ista vocatione habet Johan. Omnes qui in monumentis sunt audiant vocem filij dei. Et etiam Hiero. Siue comedaʒ siue bibam sp videt in auribus meis sonare. sagitta disceptationis q̄ndo in iuditio dicetur peccatoribus. Esuriui z non dedistis mihi manducare. Sagitta diffinitionis erit quando iudex dicet. Ite maledicti in ignem eternum

De cautela delendi peccata Capitulum. xxxviij.

Legitur tpe Henrici imperatoris secundi q cuʒ quedaʒ ciuitas obsessa fuisset ab inimicis suis ar

reg̃ inimici venerant ad ciuitatem quedam columba in ciuitate descẽdit: circa cuius collum inuente sunt littere quas deferebat talis sententie. Generatio canida venit ⁊ erit gens contentiosa contra quos per te ⁊ per alios legem tuam defendas

Moralisatio

Carissimi. Per istam columbaȝ quid intelligere possumus nisi spiritumsanctum qui in specie colũbe descendit super christum qui nobis confert litteras: cum nostra peccata manifestat ⁊ nunciat nobis q̃ gens contentiosa venit: ad obsidionez nos. s. homines ad perdendũ Et ideo dum lucem habemus spiritussancti legamus literas. i. peccata nostra p̃ confessionem detegamus: vt legem dei seruare possimus ⁊ mortem euadere ne clause per mortem inueniantur in confessione nõ mũdate in districto iudicio. Tu ergo diues filij signum qui sua sapientia nouit diuitias distribuere ⁊ auferre habet. tu potens ⁊ fortis signum patris qui sua potentia potest te robustum facere: ⁊ in infirmitatem deijcere Habes tu peccata obstat signuȝ spiritussancti qui sua clemẽtia vult peccata nostra ad memoriam reuocare nisi ante deus hec signa ostenderet homo iuditiuȝ non recte crederet fiendum Sicut ipse ait Iohan. iiij. Nisi signa ⁊ ꝓdigia videritis non credetis.

De reconciliatione dei ⁊ hominis
Capitulum. xxxix.

Legitur in gestis romanorum q̃ inter duos fratres tãta erat discordia q̃ vnus frater omnes terras alterius destruxit. Audiens hec Iulius imperator grauem concepit contra fratrem p̃secutionem. Ille vero imperatoris offensaȝ percipiens venit ad fratreȝ suum cui tot mala intulit petens misericordiaȝ ab eo rogãs insuper eum quatenus inter imperatorem ⁊ ipsum pacem reformaret. Circumstãtes autem dixerunt eum pacem nõ meruisse: sed grauem penam. Quibus ille sic respondit. Non est diligendus princeps qui in bello est mitis vt agnus in pace seuerus vt leo Licet ergo non promereatur frater meus erga me tamen reconsiliabo euȝ si potero. q2 iniuria quam mihi intulit satis vindicata ẽ in illo qui misericordiaȝ implorat: ⁊ sic inter imperatorem offensum ⁊ fratreȝ suũ paceȝ reformauit

Moralisatio

Carissimi. Isti duo fratres sunt filius dei ⁊ homo inter quos est magna discordia quando homo peccato mortali consentit. Et tamen tunc p̃sequit̃ filium dei fratrem suum q̃ quantum in eo ẽ vult iteȝ crucifigere. Unde ad He. Iteȝ crucifigentes filium dei ⁊c. propt̃ que offendit̃ summus imperator pater celestis. accedamus ergo fratreȝ nr̃m. i. christum ⁊ petamus ab eo misericordiam cum contritiõe cordis: ⁊ illud p̃ vindicta sufficienti reputabit: vt nobis culpam nostram remittat ⁊ pacem inter imperatorem celesteȝ ⁊ nos reformabit. Si ergo tu times eius iustitiaȝ fuge ad eius misericordiã: q2 maior est eius mia q̃ nostra miseria. Unde Ps. Misericordia eius super omnia opera eius

De modo temptationis ⁊ peritia
Capitulum. xxxx.

Legit̃ vt dicit macrobius q̃ erat quidam miles qui habuit vxorẽ suam suspectam q̃ plus aliuȝ dilexit q̃ ipsum propter aliqua audita ⁊ visa sepius: ab vxore quesiuit si verum esset. illa simpliciter negauit q̃ nullum alium preter ipsum intantum dilexit. Miles eius dictis non acquieuit quendam clericum peritum adijt: cum eo conuenit vt de hoc veritatem ei ostenderet Qui ait Hoc non potero temptare nisi dominam viderem ⁊ cum ea fabulareȝ. Et ille. Rogo te cuȝ affectu vt hodie mecum cibum gustes ⁊ ego te cuȝ vxore mea collocabo. Clericus autem accessit ad domum militis: hora prandij venit. Iuxta dominam est collocatus. Finito prandio clericus incepit cum domina de diuersis negocijs habere colloquia. hoc facto clericus manum domine accepit ⁊ pulsum suum tetigit deinde sermonem de eo fecit cuȝ quo erat scandalisata ⁊ vehementer suspecta: statim pre gaudio pulsus incepit velociter moueri ⁊ calefieri q̃diu sermoneȝ de eo traxit. Clericus hoc percipiens sermonem incepit de viro suo habere: ⁊ pulsus statim ab omni motu ⁊ calore cessabit. Ex hoc p̃cepit clericus q̃ alium dilexit. s. de quo erat

scandalisata plus q̄ proprium virum. Et sic miles per clericum ad rei veritatem peruenit

Moralisatio

Carissimi. Miles iste est xp̄us filius dei qui p̄ nobis pugnatus ꝯtra dyabolū ⁊ victoriā obtinuit vxor est aīa sibi p̄ baptismū ꝯiūcta Osee.ij Sponsabo te mihi in fide. sed vxor ista sepissime plus alium diligit q̄ virum suū id est deū: et hoc satis bene poterit experiri ⁊ probari in istis diebus. Si quis loquatur sicut faciūt viri ecclesiastici verbū dei predicādo salutem aīe pronunciando: statim a multis odiosus erit: et quicquid dixerit pro tedio ⁊ desolatione habebūt. et quare: quia pulsus cordis preponit amorem id est delectationē carnis et mundi ante dei amorē ꝯtra sacrā scripturam que dicit. Ante omnia deum diligere debes. Sed si aliqui de mundi vanitatibus inceperint dicere statim iocundi et leti sunt et tempus breue videtur.

De victoria christi et caritate eius nimia

Capitulum.xlj.

Codrus imperator athenensium ꝯtra dorenses pugnaturus congregauit exercitū: et sup̄ euentu belli consuluit appollinem. Cui responsum est q̄ aliter non vinceret nisi ipse gladio interiret hostili: Dorenses hoc audito dixerūt ne quis lederet corpus regis codre: quod postq̄ codras cognouit mutato regis habitu arma accepit et exercitum penetrauit. Quod videns vnus militū lancea eū vsq̄ ad cor penetrauit: et sic per mortē suam populum suum de manibus inimicoꝝ suorum liberauit. Tandē de morte eius factus est planctus magnus ex vtraq̄ parte populi.

Moralisatio

Carissimi. Sic dilectus dominus noster ihesus christus ꝯsulto deo p̄re q̄ genus humanū nō posset redimi nisi ipse moreretur. Venit igitur pugnaturus in bello isto contra dyabolū sciēs q̄ agnosceret mutauit habitū suū quando naturam humanā assumpsit. j. Coꝝ. j. Si cognouissent nunq̄ dominū glorie crucifixissent. Imminente vero die belli vnus militum stans iuxta crucem cum lancea eum vsq̄ ad cor perforauit: et sic per mortē suā totū genus humanū morti iuste adiudicatū liberauit: de cuius morte dolor est ex vtraq̄ p̄te: hoc est demones multū dolebāt q̄ per eius mortē genus humanū erat saluatū. ex alia parte tristes erant apostoli de nece sui domini

De defectu caritatis

Capitulum.xlij.

Refert enim valerius q̄ in roma vidit in vna columna quatuor lr̄as quarum quelibet ter scribebantur tres P P P tres R R R tres S S S tres F F F. Visis literis dixit. Heu heu cōfusionē video ciuitatis istius. Satrape hoc audientes dixerunt. Magister dic ꝯceptū tuum: at ille. Talis est expositio literarum. Pater patrie perditur. Sapientia secū sustollitur. Ruunt regna rome. Ferro flāma fame. quod postea sic rei probauit euentus

Moralisatio

Carissimi. Spiritualiter loquēdo pater patrie est caritas que est dilectio dei et proximi per quā quilibet homo deberet seipsum regere: quia sicut scitis patrem decet filiorum necessaria prouidere. Hinc est q̄ vera caritas nobis prouidebit de diuitiis infinitis in vita eterna: q2 sine caritate impossibile ē nobis vitā eternā obtinere. Sed heu iā pater patrie perditur id est caritas in terra. Vix eni aliquis aliū diligit. Et sine dubio sapientia secū sustollitur quia pauci sunt qui sciūt qualiter se habere debeant erga deum et proximū. et si sciant pauci sunt qui operantur propter defectum sapientie Quid ergo sequitur postea. Ecce ruunt regna rome. Ruūt regna in diuersis partibus mundi. Ferro flamma fame: quia non est caritas in terra nec sapientia: et si dicatur sapientia humana: tamen stulticia est apud deū. Quot nobiles et proceres infra pauca tempora in bello perierūt: quot pauperes fame interierunt. Et hoc totum quia non est amor nec sapientia in terra: sed frequens maledictio et homicidium.

Q, christus clausit infernū sua passiōe et voluntaria morte

Capitulum.xliij.

In medio rome in quodam loco aperta est

semel terra et byantia infra patuerunt fora mina: super hoc dij sunt interrogati: responderunt. Non claudetur hec vorago nisi aliquis voluntarie se immergat: sed cum hoc nemini psuadere possent: dixit marcus aurelius. Si per annū in roma pro libitu meo me viuere sinitis: anno elapso gaudenter et voluntarie me immergā. Romani hoc audientes gauisi sunt concorditer consenserūt nihil sibi clauserūt. Qui rebus et vxoribus libere vtēs: āno elapso cū nobili equo saltu precipiti se immergit: z stati terra se clausit.

Applicatio

Carissimi. Roma mundū istum signat: in cuius medio est isfernus in centro: qui erat apertus ante christi natiuitatem et infiniti homines in eo ceciderunt. Unde a dijs id est pphetis recepimus responsū q nunq̄ clauderet donec virgo pareret filiū qui pro genere humano contra dyabolū pugnaret: et anima eius cū diuinitate ad infernū descēderet: vnde scire debetis q nunq̄ de cetero apertus erit nisi aliquis voluerit per pc̄m mortale aperire.

De inuidia Capitulum. xliiij.

Tiberius regnauit qui āte assum ptum imperium erat prudens in genio: clarus eloquio: fortunatus in bello: sed post resolutus militie artibus: nulla bella gerens populum romanū grauiter afflixit: filios proprios pluresq̄ patricios et consules interfecit: temperantiā abiecit qua antea tiberius tēperatus erat: nūc vero ea abiecta liber vocatur. Huic quidā artifex vitrum ductile se posse fabricare obtulit: quod tiberius ad parietem proiiciens non fractum sustulit sed curuatū: z artifex malleum proferens et velut cupreum vitrū fabricans mox correxit. Interrogante autē tiberio ab eo quomodo hoc posset esse: ille dixit neminem hanc artem scire super terrā quem tiberius mox decollari iussit dicens. Si hec ars venerit in consuetudinē pro nihilo aurum et argentum reputabitur

Moralisatio

Carissimi. Iste tiberius signat aliquos claustrales siue ceteros qui anteq̄ ad dignitatē sunt pmoti vel diuitias satis humiles z patientes sunt: sed cū promouent totum oppositū operant z ideo dicitur cōmuniter. Honores mutant mores: z Ps. Homo cum in honore esset nō intellexit zc. Artifex qui vas obtulit pōt dici pauper qui diuiti munera offert: sed si ei non placent proiicit nec vult recipere: sed magis cōtra eum accenditur et spoliat: imo ad mortem vsq̄ sepius punit.

Q solum boni intrabunt regnum celoꝝ

Capitulum. xlv.



Erat quidam rex nobilissimus sapiens atq̄ diues qui vxorē hūit predilectā que debite dilectionis immemor tres filios iuxta regē genuit qui sp erant regi rebelles et in nullo ei similes. deinde de regis semine quartū filiū ɔcepit et peperit ac nutriuit. Accidit autē vt finito dierum suoꝝ circulo rex moreret: corpusq̄ suum regale in sarcophago clauderet: post cuius mortē q̄tuor supradicti pro dominio regni inceperunt contendere. Tandē inter se ɔcordabant vt ad quendā militē veterē regis mortui quondā secretarium specialē accederēt: et in iudicio suo simpliciter se ponerent: et sic factum est. Miles autē cum eos patienter audisset dixit. Audite ɔsilium meum et eo facto bene erit. Expedit vobis vt corpus defuncti regis de sacrophago extrahatis: et quilibet arcū cū sagitta paratū habeat: et quicūq̄ profundius corpus eius penetrauerit regnum eius obtinebit. Placuit eis ɔsilium scꝫ patrem de loco suo effodere et ad arborē ligare. Primus sagittā iaciens manum dextram regis vulnerabat qua de re tanq̄ heres vnicus et regni dominus proclamabatur. Secundus vero sagittam propius in os letanter quodāmodo sagittabat vn̄ sibi certius attribuebat. Tercius autē cor ipsius sagitta perforauit qui se pre ceteris fratribus regnū putabat sine lite certissime possessurum. Quartus vero cum accederet ad corpus ingemuit: z voce lamentabili dixit. Heu me pr̄ mi q sic corpus tuū a filiis tuis video vulneratū: absit a me vt ego corpus patris mei viuum aut mortuum vnq̄ percutiā. His dictis regni pricipes simulq̄ vniuersus populus eundē iuuenem eleuantes tanq̄ verum heredē et regni dominum in patris solium locauerūt et alij tres omni dignitate z diuitiis sūt priuati et a toto regno expulsi.

Moralisatio

Charissimi. Rex iste sapiens nobilis ac diues regem regum et dominum dominantium non incongrue videtur designare: qui sibi creaturam generis humani tanq̄ sponsam predilectaꝫ speciali priuilegio sociauit: que tandem fornicata post deos alienos debite dilectionis immemor tanq̄ adultera tres filios genuit scꝫ paganos iudeos et hereticos: quoꝝ primus manū regis vulnerauit dum doctrinā christi qui sedet ad dexteram patris respuit suis famulis a deo missis: per vulnera varia mortis supplicium inferendo. Secundus filius putatiuus regeꝫ regum vergaciter sagittauit cum dicerent iudei. Venite percutiamus eum lingua dumq̄ꝫ sitim suaꝫ felle potarent pariter et aceto. Tercius filius perfidissimus cor regis summi non desinit intoxicato iaculo perforare: dum heretici nituntur fideles quibus est cor vnum et anima vna in domino suis peruerse doctrine iaculis lacerare: vnde Ps. Exacuerūt linguas suas sicut serpentes ꝛc. Idem. Parauerunt sagittas suas in pharatro. Quartus filius qui dolet nec vult sagittare ē bonus christianus qui multuꝫ timet deum et dolet de peccatis aliorum: nec vlla ratione vult deum offendere per peccatuꝫ: ꝛ si offendat paratus est satisfacere: talis in die iudicij exaltabitur in regnum eternum.

De septem peccatis mortalibus
Capitulum.xlvj

Tullius narrat q̄ in mense maio exiuit quidā in nemus in quo steterunt septē arbores plene foliis decore aspectu: et tot frōdes collegit q̄ portare nequiuit. Venerunt tres viri potentes et eum contra nemus duxerūt. In exitu in foueam profundaꝫ cecidit et submersus est pre magnitudine ponderis. Itē narrat philosophus in libro de animalibus q̄ si volueris facere vt coruus postq̄ nidificauerit in arbore nunq̄ ex ouis pullos ꝓducere posset pones cineres viri inter arborem ꝛ corticem: ꝛ q̄diu cineres ibi fuerunt nunq̄ pullos producet.

Moralisatio

Charissimi. Istud nemus est mundus iste diuersis arboribus delectabilibus id est peccatis mortalibus plantatus. In isto nemore scꝫ mundo sunt septem arbores que signant septeꝫ peccata mortalia ex quibus hō colligit et facit pondus quod portare nō pōt: nec leuare .i. de peccato suo non pergere potest: nec ad gratiam dei peruenire q̄diu in peccato permanet: sed ecce tres viri veniūt custodes scꝫ nemoris qui ipsum iuuant scꝫ mundus caro demonia: et ista visibilia que iuuāt hominē diuersis peccatis et ducunt vsq̄ꝫ ad exitum nemoris id est vsq̄ꝫ ad exitum a corpore: sed tunc demergitur in profundum inferni pre magnitudine suoꝝ peccatoꝝ. Item coruus est dyabolus. Nidus est habitatio in corde per inchoationeꝫ iniquitatis. Per vitrum quod diuersoꝝ coloruꝫ est intelligitur caro humana. per cinereꝫ vitri mortis memoria quia vitrum ex cinere fit et in cinereꝫ reuertitur. Ponatur ergo mortis memoria inter arborem et corticem id est inter animam et corpus. Corpus est cortex quod bene regat anima: et sic dyabolus nunq̄ prolē procreabit peruerse operationis: quod nobis concedat ihesus christus marie filius ꝛc.

De tribus regibus
Capitulum.xlvij

Rex danorum ad tres reges qui stella duce ab oriēte iherosolimā venerūt: et christo nato munera obtulerunt: deuotionē habebat eosq̄ꝫ in suū hospiciuꝫ inuocabat. Profectus ergo predictus rex coloniam cum apparatu magno vbi sacrosancta corpora coruꝫ cum honore debito ꝯseruantur tres coronas aureas mirabiliter ac regaliter fabrefactas eis obtulit. Insuper plus q̄ sex marcarum milia cum ingenti deuotiōe ecclesiis et pauperibus distribuit sue fidei exemplum ibideꝫ fideli populo relinquens. Quadam aūt die cum ad ꝓpria remearet et membra sopori dedisset: ecce vidit in somnis tres reges cuꝫ coronis quas portauerāt in capitibus preferētes cū ingenti lumine ad se ꝓpius accedere: et audiuit singulos singulariter dicere talia. Primus ꝛ senior dixit. Frater mi feliciter venisti sed felicius ad ꝓpria remeabis. Alter dixit. Multa tribuisti sꝫ tecū pluria reportabis.

Tercius dixit. Frater mi fidem ostendisti: sed expletis.xxxiij.annis iugit in celestibus nobiscũ regnabis. Primus ergo dixit offerens ei pixidem plenaz auro. Accipe inquit thesaurum sapientie per quem tibi subiectũ populum iuste iudicabis: quia honor regis iudiciũ diligit. Secundus pixidez cũ mirra ei obtulit dicens. Accipe mirram penitentie per quã etiã carnis motus illecebros effrenabis: quia optime regnat qui seipsũz bene regit. Tercius similiter obtulit ei pixidẽ plenam thure dicens ei. Accipe thus deuotõis et deuote clementie: per quod miseros releuabis: qr sicut ros herbaz irrigat vt crescat sic dulcis clementia regis vsqz ad sidera ꝓtuebit et exaltat. Cũqz rex de magnitudine visiõis miraretur subito vigilauit ꝛ pixides iuxta se collocatas reperit: qui donum dei letus accepit: et ad propria rediens que in somno viderat deuotissime adimpleuit. expleto termino supradicto regna celestia meruit possidere:

Moralisatio

Karissimi. Iste rex põt dici quilibet christianus bonus qui tenet tres coronas afferre tribus regibus scz patri filio et spiritulisancto. Patri tenet reddere coronã honoris quia potens est. non bonum est fidem frangere potenti: quia potest opprimere et te anihilare. Istã coronam fidei in baptismo fideliter reddere promisisti quando dyabolo et pompis eius abrenunciasti. Secundam coronã sapientie ac spei filio teneris reddere: quia sapiẽs est et pro nobis passus: ideo spem de eo pre ceteris habere debemus. et hoc multiplici de causa. Primo quia tantũ nos dilexit ꝙ de celo descendit. Naturaz nostram assumpsit et victoriam contra dyabolũ pro nobis obtinuit. Tercio debemus offerre coronam amoris spũisancto: quia ipse est amor patris et filij: et per eum amorem hominis et dei poterimus obtinere. Si illa tria puro corde et caritate pfecta offerimus: sine dubio istã que sequunt a patre et filio ꝛ spiritulisancto obtinebimus. A patre thesaurum virtutum per quas poterimus animam regere cum corpore contra dyabolum mundũ et carnẽ et per consequens regnum celeste obtinere A filio pixidem cum mirra. Per pixidem cor mundũ intelligas a peccatis mundatuz Per mirram penitentiam: quia ipse prius vitam penitentie in cruce ostendit: ꝛ petentibus ab eo suam gratiam dat quotidie. A spiritulisancto thus deuotionis hoc est suaz virtutem infundit: per quam deuoti sumus et caritate pleni: quia deus caritas est: ꝛ per consequens cõmunem offensionem quam per peccatum contra deum incurrimus per eum delere poterimus: et sic vitam eternaz obtinere: ad quã nos perducat ihesus xpũs

De iusta sequela malorum
Capitulum.xlviij.

Dyonisius refert ꝙ cum perillus eris artifex fallaridi regi tyranno crudeli qui argentinos depopulabatur: et exquisitis tormentis implicabat: obtulisset eius crudelitati nimis aptũ queudam eneum thaurum nouiter per se factũz in latere latenter habens ostium per quod immitterentur homines morte puniendi vt supposito igne cremarent. Et cum ipsi homines propter mortis amaritudinez clamarent in thauro non crederetur vox esse humana sed feralis: vt sic rex minime ad compassionem moueretur. Rex opus laudans sed inuentorẽ eius exhorrẽs ait. In te prius excipies ꝛ probabis quod mihi crudeli crudelior obtulisti. Nulla enim equior ratio ẽ ꝙ necis artifices arte perire sua vt dicit Ouidius.

Moralisatio

Karissimi. Iste artifex est malus senescalcus sub tyrãno rege qui argẽtinos id est iustos simplices spoliat: et eos per tormẽta multis modis affligit. Homo vero simplex affert munera: vt persecutionem euadat: sed nihil ei ꝓdest thaurus eneus offertur: factum est statutũ nouum: et lex per quam simplices credunt euadere: et per eaz puniunt ꝛ bona amittũt et tales lites cremantur per cordis amaritudinem et clamant non creditur esse vox humana: quia clamorez pauperis potentes nõ libenter audiunt: sed dicunt seruus aut rusticus meus est omnia sua sunt mea: sed sepius tales qui alios affligunt in eadem vel maiori damnatione puniuntur: et male dies suos finiunt: vnde Ps: Uidi impium supexaltatum et eleuatum sicut cedros libani. Transiui et ecce non erat.

De subtili dyaboli illusione
Capitulum.xlix.

Paulus longobardorū hystoricus refert ꝙ conanus rex vngarorū obsedit in foro iulij castrū dictū sondat: quem cum de muro cerneret pulcerrimum. Rosinilla ducissa habens quatuor filios et duas filias scripsit sibi occulte. Si me in vxorem duxeris castrum hoc meum tibi dabo. Quo promittente eā se velle ducere castrum ei dedit: filijqꝫ omnes fugerūt Conanus aūt rex ducisse promissū tenens et eam primo die in matrimonium sibi copulauit. secundo die. xij. vngaris tradidit eā publice illudendam. tercio die toto corpore vsqꝫ ad gulā transfigi fecit dicendo Talis vxor que pro libidine sue carnis ciuitatē ꝓpriam perdidit talem debet habere maritū.

Moralisatio

Karissimi. Iste conanus est dyabolus qui obsedit castrū scꝫ cor humanum cum viciis et concupiscentiis. Rosinilla ducissa scꝫ que est per dyabolū seducta respicit vltra muros id est appetit illicita: sicut visus mulierem ad concupiscenda: et sic de ceteris sensibus. Unde miser homo tantum delectatur ꝙ castrū id est cor suū dat dyabolo quādo pctō ꝯsentit Unde fugiunt quatuor filij id est quatuor virtutes cardinales ab eo fugiūt. et sic dyabolus animā occupet cum duabus filiabus id est delectatione mala: et volūtate iniqua. Postea tradit eam. xij. vngaris id est omnibus viciis illudendā. Post hec eam occidit quando ad infernum eam ducit.

De laude recte iudicantium
Capitulum. l.

Refert valerius ꝙ zelongus ꝯsul edidit pro lege ꝙ si quis virginē deflorareret vtrūqꝫ oculum amitteret. Accidit ꝙ filius eius filiam vnicā cuiusdam vidue deflorauit. Mater hec audiens impertori occurrēs ait. O domine legē quam fecistis impleri faciatis. Ecce vnicus filius vester vnicam filiam meam rapuit et vi oppressit. Rex hoc audiens cōmota sunt omnia viscera eius. Precepit vt duo oculi filij sui eruerent: dixerunt satrape domino Tantum filium vnicū habes qui est heres tuus: toti imperio esset damnū si filius tuus oculos amittat. at ille. Nōne vobis constat ꝙ ego legem edidi: opprobrium esset mihi frāgere quod semel firmiter statui: sed quia filius meus est primus qui contra legē fecit primus erit etiam qui penitentie subiacebit Sapientes dixerunt. Domine propter deū rogamus vos vt filio vestro parcatis. Ille vero precibus deuictis ait. Carissimi ex quo ita est audite me. Oculi mei sunt oculi filij mei et econuerso. Dextrum oculum meū eruatis et sinistrū oculum filij mei tunc lex est impleta: et sic factum est. Unde omnes prudentiam regis et iusticiam laudabant.

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est dominus noster ihesus christus qui istam legem edidit. Nam si quis deflorarer virginem id est animam per baptismū lotā duobus oculis carere deberet: scꝫ visionem diuinam et gloriam eternā amittet. Iste filius regis qui legēm fregit est homo qui per peccatum animā deflorauit Unde necesse est vt penam sustineat: quia nostra mater ecclesia ad deum clamat quotidie vt homo se emēdet in hoc mortali corpore Isa. Clama ne cesses: ꝗsi tuba exalta vocem tuam. Imperator vnum oculū amisit scꝫ dominus ihesus christus vt tantū vnū oculum retineret quando vitam pro nobis exposuit: ideo oportet nos eruere oculum sinistrum hoc est omnes concupiscentias id est carnis delicias: per consequens vitā eternam obtinebimus: quod nobis prestare dignetur ihesus christus marie filius ꝛc.

De iniustis exactoribus
Capitulum. lj.

Refert iosephus ꝙ tyberius cesar requisitus: cur prouinciarū presides diu teneret in officiis. Respondit per exemplum. Vidi inquit quandoqꝫ hominē infirmum vlceribus plenum muscis grauatum: cui cum per flagella muscas expellerem: dixit mihi. Dupliciter me crucias: vnde me consolari putas abigendo muscas sanguine meo plenas ꝛ remittendo vacuas et famelicas. Quis enī dubitet aculeū musce famelice dupliciter affligere magis ꝙ plene: nisi ille qui cor lapideū habet: et non carneum.

Moralisatio

Carissimi. Sic presides diu i officio teneo qui rebus postq̄ ditati subditis magis parcat. Noui aūt rectores et vacui deserta iusticia subditos iniquis exactionibus et vexatiōibus magis ledunt

De fidelitate
Capitulum.lij.

Valerius refert q̄ Fabius redemerat captiuos romanoꝝ pro missa pecunia:quam cū senatus sibi dare nollet ipse fundum vnicū habens vendidit et promissum premiū soluit volēs se potius patrimonio priuare q̄ in propria fide inopem esse.

Moralisatio

Carissimi. Fabius iste ē dominus ihesus christus qui ob captiuos scꝫ totum genus humanū a dyabolo captum non pecuniam: sed proprium sanguinē dedit in precium volens se potius patrimonio scꝫ vita ꝓpria priuare q̄ genus humanum dimittere.

De bonis rectoribus non mutandis:
Capitulum.liij.

Valerius maximus refert q̄ cum omnes syracusani mortē dyonisij optarent regis sicilie:quedam femina senectutis vltime sola matutinis horis deos orauit vt sibi rex superstes fieret i hac vita. cuius orationis causam dyonisius admirans ab ea quesiuit. que respondit. Cum essem puella grauē tyrannum habens eo carere cupiens peiorem recepi: quo iterum carere cupiens tercium peiorem recepi. Timens ergo deteriorē tibi succedere: et ideo pro vita tua omni die rogo. Dyonisius hec audiens: amplius ei molestiam non fecit

Moralisatio

Carissimi. In veteri testamento: deus erat valde austerus: nulli parcebat: quia oculū pro oculo: dentem pro dente ⁊c̄. Sed modo per carnē nostram quam assumpsit factus est nobis pius ac propicius: et ideo ꝯtinue orare debemus vt alium dominū non habeamus q̄ dominum nr̄m ihesum xp̄m: ad quem ⁊c̄.

De regno celesti
¶ Capitulum.liiij.

Imperator Fridericus secundus vnā portā marmoream ꝯstruxit miro opere sup fontē aque fluentis prope capuā: in qua imperator sculptus fuit in maiestate cum duobus aliis iudicibus. In semicirculo autē capitis dextri iudicis hic versus scriptus fuit. Intrent securi qui querunt viuere puri. In semicirculo capitis sinistri iudicis fuit scriptus hic versus Inuidus excludi timeat vel carcere trudi. In semicirculo capitis imperatoris: istud scriptū fuit. Quā miseros facio quos variare scio. In semicirculo super portam scriptum fuit. Cesaris imperio regni custodia fio

Moralisatio

Carissimi. Imperator iste est dominus noster ihesus xp̄s. Porta marmorea est sancta ecclesia: per quā oportet intrare regnum celeste. et est situata super fontē fluentis aque id est super mundum qui semper currit vt aqua ihesu christi cum duobus collateralibus id est cum maria matre ihesu et iohāne euangelista qui designat nobis eius misericordiā et iusticiā: tunc scriptus est versus. Intrent securi id est pagani iudei saraceni p baptismum qui querunt viuere puri id est ab oī peccato purgati sic pueri innocentes: alius versus dicit. Inuidus id est peccator in peccato existens excludi timeat ab ecclesia triumphante: ⁊ sic in carne infernali trudi sine fine. In capite imperatoris erat scriptū q̄ miseri sūt qui variāt a via veritatis. et alius dicit. Cesaris imperio id est imperiū domi nostri ihesu christi erit nostra custodia ⁊ domus sempiterna

¶ De reuocatione peccatricis anime in exilium satisfactionis misse
Capitulum.lv.

Rex quidam nobilis quendā filiū formosū sapientissimū strenuissimum gratiosū et morosū hēbat Et quatuor filias habuit quarum nōia hec erant: iusticia veritas miscdia et pax. Rex iste voluit filio suo vnico sponsam tradere: destinauit nunciū ꝓ virgine que eēt decora tandē inuenit filiam regis iherusalē pulcrā valde que est tradita filio suo qui eā miro modo dilexit. Filius iste quendam seruum hēbat et ex magna confidentia vnū ducatū ad custodiendum ei tradidit Ipse vero pro

ditor seduxit sponsaz domini sui ac violauit ac ducatū deuastauit. Filius cum de adul⸗terio vxoris audisset contristatus est valde: et dimisit eam et dedit ei libellum repudij ⁊ priuauit eam omni honore suo. Ipsa sic pri uata ad magnaz egestatez peruenit intantū ꝙ quasi desperata hincinde ambulabat: et panem suū mendicabat. Hoc audiens spon sus eius misertus est ei: nunciū ad eaz misit qui eā reuocaret et ei diceret. Ueni domina ad dominum tuum secure noli timere. Illa vero renuit. et dixit. Dic domino meo ad eum venirem libenter sed non possum. Si querat dominus meus quare recuso: dic ei quia lex est talis. Si vir vxorem habuerit ⁊ fornicata fuerit cū altero dabit ille ei libellū repudij: et inde nō reuertetur ad eum vltra Ego vero iam libelluz repudij recepi: quia fornicationē cōmisi: ideo redire non potero ad eū. ait nuncius. Dominus meus ē vltra legem ex quo legez constituit: et ideo ex quo misertus est tui secure ad eū venire poteris At illa. Quale signum dabit ipse mihi ꝙ se cure ad eum venire potero. si tantum istud ostenderet secura essem videlicet ꝙ veniret dilectus meus ad me osculetur q̄ me osculo oris sui: tūc sum secura ꝙ recepit me in gra tiam suaz. Dominus cū per nuncium hoc audisset consilium super hoc habebat cum omnibus satrapis curie sue et regni. tandez consultum est vt mitteret virum sapientē ꝓ ea vt reduceret eā. Et nō est inuentus vnus in toto regno qui se de hac re intromittere vellet. Uir eius cum hoc audisset ad eam nuncium destinauit qui diceret. Quid faciā tibi. nō est inuentus aliquis qui te vellet ad me reducere. Illa hoc audiēs fleuit amare ꝙ non est inuentus qui eam reduceret. Uir eius cum audisset de eius lamentatiōe per rexit ad patrem suum et ait. Domine mi si vobis placet ego ibo ad sponsam meam et a miseria et dolore suo liberabo eam: et ad palacium vestrū reducam. ait pater. Uade in fortitudine tua et reduc eam. Tunc misit nuncium ad eaz qui ei diceret. Jam gaude q̄ ecce iam venio ad te et reducā te. Soror senior id est iusticia cū hoc audisset ꝓcessit ante regem et ait. Domine iustus estis et rectum iudicium vestruz. Ego sum iusticia filia vestra recte iudicastis illam meretricez vt amplius non esset sponsa fratris mei: ⁊ ei libellum repudij dedistis iusticiam ergo te neatis. Et si contra iusticiā opatus fueritis dico vobis non ero filia vestra iusticia. His dictis venit secunda soror scʒ veritas: et ait. Pater mi veraciter illam meretricem iudi castis que cubile fratris nostri ꝑ adulteriuz violauit. si eam velitis reducere facitis ꝯtra veritatē: et si sic sine dubio non ero filia vr̄a veritas. Hec audiens tercia soror scʒ miseri cordia venit ad patrez et ait. Domine ego sum misc̄dia filia tua. Fac ergo misc̄diam cum peccatrice que deliquit: q̄ pro cōmisso multū dolet: et si ei misericordiā non feceris nō ero misericordia filia tua. Quarta soror scʒ pax cum audisset tantā discordiam inter sorores totam terram voluit derelinquere ⁊ fugā petiit. Hoc facto iusticia et veritas ex hibuerunt gladiū et regi tradiderūt dicentes Domine ecce gladius iusticie ad occidendū illam meretricem que nos et fratrez nostrū ꝯfundit. Misericordia hoc videns gladiū a manibus earum arripuit et ait. Satis diu regnastis et vestram voluntatē obtinuistis modo tempus est vt exaudiar a patre meo ego sum filia sua sicut et vos. respondit iu⸗sticia. Uerū est multo tēpore regnauimus et adhuc volumus regnare. verūtamen ex quo inter nos est tanta discordia vocet̄ frat̄ noster qui sagax est i omnibus et inter nos iudicet. ⁊ sic factū est. Filius vero cūm ve⸗nisset et audisset altricationes inter eas quō iusticia et veritas ex vna parte vindictā pe tierunt: misericordia et pax veniam: ait. Ca rissime sorores propter vestram discordiaz soror nostra a pr̄e nostro predilecta scʒ pax totum regnuz dimisit: hoc nullo modo volo pati: quia pro sponsa mea adultera paratus sū pati supplicia. ait iusticia. Si hoc feceris tibi contradicere non possumus. dixit ergo ad misericordiam. Tu laboras pro sponsa mea vt reducatur. Si vero eam reducaz et iterum fornicata fuerit intendis iterato pro ea intercedere. at illa. Non nisi penituerit. Audiens hec filius pacē sororez suam redu xit et fecit sorores ad inuicē osculari. Facta concordia filius de regno descendit et bellū pro sponsa sua dedit: et eam cum omni ho⸗nore ad regnū patris sui reduxit. Et sic am bo vitam in pace finierunt.

Moralisatio

Carissimi. Rex iste est pr̄ celestis: Filius tam sapiens est dominus nr̄ ihesus christus. Sponsa tam pulcra est anima ad dei similitudiné creata. Quatuor sorores iusticia veritas misericordia et pax. Anima cum seruo domini id est cum dyabolo adulterata est quando ei consensit: et ideo eā dominus suus dimisit. post hoc pius sponsus dedit ei libellū repudij: et dimisit eam: z priuauit eā omni honore suo in quo erat constituta super opera manuuz domini: sicut ait ps̄. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Dedit etiam ei ducatū id est paradisum: et illū etiam ab ea abstulit et in miseriam huius mundi posuit. Unde dixit In sudore vultus tui vesceris pane tuo: vn de Bernh. conqueritur et dicit. Memento nobilitatis tue: pudeat deiectionis tue. Ipse vero dominus misertus sponse sue misit ad eam nuncium qui reuocaret eam et diceret Eleuare eleuare ↄsurge ↄsurge iherusalé solue vincula colli tui captiua filia syon. illa vero renuit venire z dixit. Domine libenṫ redirem sed non possum: quare: q2 tu dixisti per Iheremiam. Si vir habuerit vxorez et illa fornicata fuerit cum altero: dabit vir illi libellum repudij: et non reuertetur ad eum vltra. ergo non audeo reuerti ad te. quid ergo faciam. tua sunt verba qui iustus es et iuste iudicas omnia. quomodo ergo ad te redire potero. respondit dominus p̄ Isaiaz prophetā. Nunquid abbreuiata est manus mea vt saluari nequeam: absit. sed sicut dixi per Ezechielem. In quacunqz hora pc̄tor ingemuerit omnium iniquitatum eius non recordabor. Et licet fornicata sis: tamen ad me reuertere et ego recipiaz te: vt dicitur in Cāticis. Reuertere reuertere sunamitis zc̄ Reuertere reconsiliando te deo patri: reuertere reconsiliando te dei filio: reuertere recōsiliando te spirituisancto: reuetere reconsiliando te angelis quorum consortium tu perdidisti. Illa respondit. Quod signum mihi dabis q̄ recipias me. Ait dominus. Pete tibi signuz a deo tuo in ꝓfundo inferni: siue in excelsum supra. at illa dixit. Non petam sed veniat dilectus meus ad me et osculetur me osculo oris sui vt sim secura q̄ me i gratiam suaz recipiat. cui dominus. Si mulier oblita fuerit infantuli sui ego nunq̄ tui obliuiscar. ego cogito cogitationes pacis et nō afflictionis: et ideo consilium habeo. Dominus vero habuit consilium secretuz cum tota curia celesti quē mitteret pro liberatōe sponse sue. Et neqz inter angelos: neqz inter homines inuenit aliquē qui velit posset vel qui dignus esset sponsam suam redimere. Angelus dicebat. Ego libere cōditionis sū illa seruilis: quare ego deformarē conditōēz meā. Homo dicebat. Nō sum dignus pati pro sponsa tua: quia homo peccator sū. hoc videns dominus misit ad sponsaz suā dicēs Quid faciaz: quia non est qui velit aut qui posset te saluare. Illa hec audiens fleuit q̄ neqz in celo neqz in terra aliquis inuentus est qui eam liberaret. Pater vero misericordiarum et deus totius consolatiōis consolabitur eā dicens. Iherusalē sponsa mea ciuitas mea noli sic flere: q2 cito veniet salus tua quare consumeris: nunquid consiliarius nō adest tibi: quia innouauit te dolor: saluet te et liberet te noli timere. Surrexit ergo filius ante patrē, et dixit. Ecce ego paratus sum pro sponsa mea pati. ego feci ego feriā ego portabo ego saluabo. cui pater. Uade in hac fortitudine tua et libera filiam meaz sponsaz tuā de carcere madian hoc est dyaboli. Hec audiens iusticia allegauit contra fratrem suū. superuenit veritas et tenuit cū iusticia. sed misericordia tenuit cū fratre suo et pax quarta soror fugit: quia nō erat pax inter deum et hominem. iusticia dicebat misericordie. Regnare volo: q2 dicit Salomō Immortalis est iusticia et ꝑpetua: vnde ius in eū nulla prescriptio includit. diuturnitas temporis non attenuat sed potius ↄfirmat. respondit misericordia. Uerū est q̄ immortalis es et ꝑpetua: sed in futuro non modo. Ego volo pro ea intercedere: q2 penitentiā iā agit. et sicut tu es filia patris mei iusticia sic et ego sum filia misericordia. et ideo ratio dictat vt me audiat sicut et te. Uidēs ergo filius sapiens istam discordiaz inter sorores dixit iusticie. Paratus sum tibi satisfacere vt preualeat oratio misericordie. ait ergo iusticia. Mihi placet: sed vellē scire quō ait filius. Incarnari volo et naturam humanā assumere. nunquid hoc sufficit. et dixit filia iusticia. Non sufficit. dixit filius. Circūcidi

volo. Famem et sitim pati: temptari: tristari: tedium pati: sanguineum sudorem stillare
Nunquid hec tibi sufficiunt: et respondit illa quod non sufficiunt. Dixit filius iusticie. volo colaphis cedi et etiam alapis flagellari. volo conspui derideri ac derelinqui et despici etc.
Nunquid hec tibi sufficiunt. Respondit iusticia. Non sufficiunt. Crucem volo portare et manibus ligari et pedibus perforari.
Nunquid hec tibi sufficiunt. Et illa. Non:
Aceto potari volo. totum sanguinem exhauriri et in cruce mori. Moriturus lancea perforari latus. Deinde a mortuis resurgere:
Celum ascendere: locum sponse mee preparare. Nunquid hec tibi sufficiunt. Et illa dixit. O bone frater vt video et firmiter audio: plus diligis sponsam tuam quam teipsum. Iam que dixisti sufficiunt. Tunc filius dixit ad misericordiam. Si omnia ista que dixi et que in corde meo posui fecero: et sponsa mea ista contempserit: nunquid iterum pro me interpellabis. Et illa. Non nisi egerit penitentiam
Qui ait. Mihi bene placet. Quotiens homo peccauerit si penitentiam post hoc egerit misericordiam super eum habebo. His dictis fecit sorores vocari: scilicet iustitiam: veritatem misericordiam: et pacem: et osculate sunt ad inuicem. Tunc filius omnia promissa adimpleuit: et regna celestia ei dedit.
Unde Bernardus excitans sponsam ad considerandum gratiam sibi a domino impensam dicit. Uide o sponsa in cruce sponsum tuum capite inclinatum ad osculum manuum extensionem ad amplexus: lateris apertionem ad affectum: totius corporis expositionem: ad contemptum. Hausit igitur de proprio sanguine suo: et obtulit patri suo minus pro dulcissima sponsa sua. Suscipiens ergo pater celestis preclarum munus de manu filij quo saluati sumus ad vitam eternam. Ad quam nos perducat etc.

¶ De memoria mortis Capitulum. lvj.

Quidam princeps erat qui multum delectabatur venari: Accidit semel cum ad venandum perrexisset casu mercator quidam per eandem viam iter faciens est. Uidensque principem formosum gratiosum vestimentis preciosis indutum: ait in corde suo. O domine deus: homo iste multum tibi tenetur ecce quam formosus et strenuus est et gratiosus: et omnes qui sunt in eius comitatu honeste sunt induti.
His cogitatis dixit vni ex familia principis dic mihi carissime. dominus vester qualis est
Qui ait. Est dominus multarum terrarum et potens valde. in auro argento et familia:
Ait mercator. Multum tenetur ipse deo:
Formosus est et sapiens inter omnes quos vnquam vidi. Ille hoc audiens occulte omnia verba mercatoris domino suo narrauit. Dominus vero circa horam vespertinam cum domum rediret: rogauit mercatorem vt secum pernoctaret. Ille contra hoc non audebat resistere. Cum principe ad ciuitatem perrexit. Cum vero castrum eius intrasset tot diuitias: tot pulcras cameras auro depictas vidit quod valde admirabatur. Cum autem hora cenandi adesset princeps mercatorem iuxta suam dominam in mensa collocari fecit. Mercator autem cum dominam vidisset tam pulcram et tam gratiosam quasi extra se raptus fuit. et ait in corde suo O deus meus princeps omnia que desiderat cor suum habet: vxorem pulcram filios ac filias familiam multam nimis. Cum autem sic cogitasset delata sunt fercula ante dominam: et eum: Et ecce cibaria optima in capite vnius defuncti collocata. et ante dominam posita et omnibus de familia in scutellis argenteis ministrabatur in aula. Mercator cum caput mortui ante eum vidisset commota sunt omnia viscera eius. et ait in corde suo.
Heu mihi timeo quod perdam caput meum in isto loco. Domina vero inquantum potuit eum confortauit. Cum vero nox adesset: ducitur in cameram honestam vbi inuenit lectum paratum cortinis circumuolutum Et in angulo domus luminaria magna. Cum vero lectum intrasset famuli ostium clauserunt et mercator solus in camera remansit.
Respexitque angulum vbi erat lumen et vidit duos homines mortuos per brachia pendentes. Hoc viso inuasit eum timor intollerabilis intantum quod quiescere non poterat.
Mane vero surrexit et ait heu mihi timeo hodie iuxta illos duos pendere. Princeps vero cum surrexisset fecit mercatorem ad se vocari et ait. Carissime: quid tibi placet de me. At ille. Mihi omnia bene placent: sed

q mihi ministrabatur in capite defuncti vl
tra q credi potest abhorrui tantum q co-
medere non poteram. Cum vero in lecto po
situs fuissem duos iuuenes pendentes in an
gulo camere vidi. Tantus timor me inuasit
q dormire non poteram. Et ideo dei amo
re permittatis me transire. Ait princeps: ca
rissime: vidisti vxorem meam nimis pulcrā
et caput defuncti ante eam. Ratio est talis.
Iste enim cuius erat caput fuit quidā dux
nobilis qui vxorem meam solicitauit: et cum
ea cōcubuit: et simul ad inuicem commisceri
perspexi. Gladium arripui: et caput eius am
putaui. Unde in signum verecundie singu
lis diebus illud caput ante eam pono. Ut
ad memoriam reducat peccatum quod cō-
misit. Filius vero defuncti illos duos iuue
nes cognatos in camera pendentes occidit
Ideo omni die corpora eorum visito vt sim
magis feruens sanguinem eorum vindicare
Cum autem adulterium vxoris recolo Et
mortem iuuenum ad memoriam reduco nul
lum gaudium habere potero. Vade ergo
carissime in pace et amodo vitam hominis
cuiuscunque non iudices quousque plenius ti
bi de veritate constiterit. Mercator ei va-
lefecit et ad mercandum perrexit

Allegoria siue moralisatio.

Carissimi. Princeps iste est qui
libet christianus bonis virtutibus
per virtutem baptismi ditatus:
qui debet habere pulcram familiam scz sen
sus interiores et exteriores sine macula pec
cati. qui debent domini ministrare: et sepius
ad venandum pergere. i. opus meritoriū opa
ri. Mercator iste ē bonus prelatus vel cō
fessor discretus qui tenetur tali associari do
mum cordis sui visitare et bonas virtutes ibi
plantare sicut fecit christus duobus peregri
nis venientibus de emaus qui domum ho
spitij intrauit. Uxor tam formosa est anima
ad similitudinem dei creata que debet in mē
sa iuxta prelatum sacre scripture collocari.
vt addiscat ea que sunt salutis: sed sepius ista
anima cum dyabolo adulterat quando pec
catum mortale committit. Quid ergo ē fa
ciendum. extrahe gladium lingue et ora ad
deum intime. Unde Ps. Lingua eorum gla
dius acutus. Per istum gladium lingue cū
cordis contritione et oris cōfessione poteris
hunc dyabolum deuincere. et hoc est caput
eius amputare. et ante oculos cordis tui sp
ponere: quoniam gratiam tibi dabit domi-
nus eum deuincere. penitentiā perfecte age
re. hoc est misericordie opus exercere. duo
iuuenes in camera pendentes quos occidit
aduersarius tuus: sunt dilectio dei et proxi-
mi qui erant extincti per peccatum primi pa
rentis. et ideo semper debes eos in camera
cordis tui tenere vt deum tota mente tota
anima diligas: et semper in eius timore per
maneas: quia nescimus si amore vel odio
digni sumus: et ad memoriam reducere qn
tum deus pro nobis sustinuit in cruce vt p
amarissime mortis christi ingem meditatiō
nem deueniamus ad regna perpetua

De pfectione vite
Capitulum. lvij.

Titus in ciuitate romana regna
uit. qui statuit legem q dies pri
mogeniti sui ab omnibus sancti
ficaretur: et quicunque diem natiuitatis filij sui
per opus seruile violaret morte moreretur.
Promulgata lege vocauit magistrum vir
gilium: et ait. Carissime talem legem condidi.
Uerumtamen sepe in occulto poterunt pec
cata cōmitti: ad quorum noticiam peruenire
non potero. Rogamus ergo te vt sm indu
striam tuam aliquam artem inuenias: per
quam potero experiri quales sunt illi qui
contra legem delinquunt. At ille. Domine
fiat voluntas tua. Statim virgilius arte ma
gica statuam in medio ciuitatis fieri fecit:
Statua illa omnia peccata occulta in illa
die commissa imperatori dicere solebat. Et
sic per accusationem statue quasi infinite ho
mines erant condemnati. Erat tunc quidam
faber in ciuitate nomine focus qui ī illo die
sicut in ceteris operatus est. Cum autem se-
mel in strato suo iacuisset intime cogitauit:
quomodo per accusationē statue multi mo
riebantur. Mane surrexit et ad statuam p
rexit: et ait. O statua statua per tuam accu
sationem multi moriuntur. voueo deo meo
si me accusaueris: caput tuum frangā. His
dictis domum perrexit. Hora prima impe-
rator sicut solitus erat nuncios suos ad sta
tuā destinauit: vt ab ea quererent si aliquis
contra legem commisisset. Cum autem ad
statuam venissent et voluntatē imperatoris

dixissent: ait statua. carissimi leuate oculos vestros et videte que scripta sunt in fronte mea: Illi vero cum oculos leuassent: tria in fronte eius clare viderunt. s. tempora mutantur: homines deteriorantur. Qui voluerit veritatem dicere caput fractum habebit Ite domino vestro nunciate que vidistis et legistis. Nuncij perrexerunt: et omnia domino suo retulerunt. Imperator cum hoc audisset precepit militibus suis vt se armarent et ad statuam pergerent. et si aliquis contra statuam et contra voluntatem suam aliquid faceret eum ligatis manibus et pedibus ad eum ducerent. Milites ad statuam perrexerunt dicentes. Placet imperatori vt ostendatis illos qui contra legem commiserunt. et quales erant illi qui minas fecerunt: Ait statua: Focum fabrum accipite: Ille est qui singulis diebus legem violat et mihi minas facit. Illum comprehenderunt et coram imperatore duxerunt. Ait imperator. Charissime. Quid est quod audio de te. Quare legem editam illam violas. At ille. Domine legem seruare non possum: quia omni die octo denarios oportet me habere. et illos sine labore non potero acquirere. Ait imperator. Et quare octo denarios. Qui ait Omni die per annum duos denarios teneor reddere quos mutuaui in iuuentute. duos accommodo: duos perdo: duos expendo. Ait imperator. De istis manifestius debes mihi dicere. Cui ait faber. Domine mi aduerte me. Duos denarios omni die teneor patri meo: quia cum essem puer paruulus pater meus duos denarios super me singulis diebus expendit: iam pater meus in egestate est positus: vnde ratio dictat quod ei subueniam in sua paupertate: et ideo omni die duos denarios ei trado. Duos alios denarios filio meo accommodo: qui iam ad studium pergit vt si contingat me ad egestatem peruenire: mihi illos duos denarios reddat sicut ego iam patri meo facio: Duos alios denarios omni die perdo super vxorem meam quia est mihi semper contraria aut proprie voluntatis aut calide complexionis: et propter ista tria: quicquid ei dedero hoc perdo. Duos alios denarios super meipsum in cibis et potibus expendo. Leuius bono modo transire non potero: Et istos denarios non possum obtinere sine continuo labore. Iam audistis rationem. Detis ergo iudicium rectum. Ait imperator. Carissime recte respondisti vade et fideliter amodo labora. Post hoc cito imperator defunctus est et focus faber propter suam prudentiam in imperatorem eligitur ab omnibus qui imperium satis prudenter regebat Ipso mortuo inter alios imperatores imago eius depingitur et vltra caput suum octo denarij.

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est pater celestis qui statuit pro lege quod qui diem primogeniti sui violaret morte moreretur. Dies ista est dies dominica siue dies festiualis ab ecclesia ordinata Unde in veteri lege ac noua dicitur. Memento vt diem sabati sanctifices: Sed heu prochdolor plures illis diebus peccata maiora committunt quam ceteris diebus. Tales poterunt assimulari cuidam pisci in mari tamdiu bene est sibi: quando est in mari: sed si contigat a casu quod saltat supra tempore pluuie et pluuia eum tangat: incipit mori nec per multos dies statum eius poterit recuperare quousque fuerit de aqua maris satiatus. Eodem modo aliqui quamdiu sunt per totam septimanam in mari huius mundi laborantes tamdiu bene videtur eis: sed si contingat eos diebus festiuis ad ecclesiam pergere et aliquem dulcem sermonem vel missam audire eis videtur quod sint in magna angustia quousque in operibus mundanis sunt refocillati. Uirgilius certe qui statuam fecerat est spiritussanctus qui predicationem ordinauerat vt anunciet virtutes: et vicia penam et gloriam. Sed heu iam poterit dicere predicator sicut statua dixerat. Tempora mutantur. Hoc satis manifeste videmus in primitiua ecclesia in omni statu tempora erant meliora quam nunc orationes et preces quam modo. Terra dabat fructum suum magis abunde: et omnia elementa que sua erant: sunt mutata propter peccata hominum: Hoc apparebat in diluuio noe. Secundo homines deteriorantur: sicut clare videmus. In antiquo enim tempore erant homines magis deuoti: elemosynarij: charitatiui quam modo sunt. Et quare: Nam totus mundus in maligno positus est. Tercio qui voluerit veritatem dicere etc. Modo

si predicator peccata potentum predicet statim minas ac murmurationes habebit. vnde Isa. xxxi. Loquimini verba placentia. Et ideo Aposto. dicit. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt ꝓ domo israel. Socius est quilibꝫ christianus bonus qui fideliter sicut miles christi laborat. Unde quilibet bonus christianus tenetur singulis diebus patri suo celesti reddere duos denarios. scilicet amorē ⁊ honorem. Amorem quia nos tantum dilexit ꝙ pro nostro amore vnicum filium suum de celis descendere permisit: ⁊ morte turpissima condemnari. Honorem quia omnia ab ipso procedunt: ⁊ sine eo nullum bonum agere poterimus. Item duos denarios filio accōmodamus. Cuiusmodi filius ē. Certe ille de quo Isa. dicitur. Paruulus enim natus est nobis ⁊c. scꝫ filius dei. ⁊ quales denarios debemus ei accomōdare certe duos omni die scꝫ bonam voluntatem ⁊ bonum actum q̄ diu sumus in hoc mortali corpore: ⁊ quando non egeni sumus facti in die iudicij q̄ndo nudi apparebimus: tunc ipse nobis reddet illos denarios in vita eterna sicut scriptum est. Centuplum accipietis ⁊ vitam eternam possidebitis. Item duos denarios perdimus super vxorē. Uxor ista est caro nostra misera: que semper contrariatur spiritui. Denarij quos expendimus super eam sunt mala voluntas ⁊ actus malus que cōtinue operantur ex obliq̄ voluntate. Istos duos denarios perdimus: quia grauiter ꝓpter hoc hic vel alibi puniemur. Itē duos denarios omni die super nosipsos expendimus si boni christiani sumus: scꝫ dilectōem dei in toto corde: ⁊ dilectionē ad proximū: sicut ad nosipsos. Carissimi si istos octo denarios expendere volueritis ad gaudium eternum peruenire possitis.

¶ De confessione
¶ Capitulum. lviij.

Rex quidam regnauit nomine asmodeus qui statuit ꝙ quicunqꝫ malefactor captus esset: ⁊ coram iudice ductus si tres veritates posset dicere tam veras contra quas nullus posset obijcere: quando vero sine omni fallacia essent: quantumcunqꝫ esset malefactor vitam suā obtineret cum tota sua hereditate. Accidit casus ꝙ quidam miles contra regem forefecit: fugam petijt: ⁊ in quadam foresta latuit: in qua multa mala commisit. quia omnes intrantes spoliauit aut occidit. Iudex cum hoc audisset insidias in circuitu foreste ordinauit: eum deprehendit: ⁊ ligatis manibus ad iudicium venire fecit. Ait ei iudex. Charissime nosti legem. Qui ait. Etiā domine. Si debeo saluari Oportet me dicere tres veritates aut mortem euadere nō possum. Ait iudex. Imple beneficiū legis aut hodie morieris. At ille. Domine fac fieri silentium: quo facto ait. Domine ecce Hec prima veritas. Uobis omnibus denuncio: ꝙ toto tempore vite mee extiti malus hō. Iudex hoc audiens circumstantibus ait est ne verum ꝙ ille dicit. At illi. Si non esset malefactor ad ista non venisset. Ait ergo iudex. Dic secundam veritatē. Qui ait. Secunda veritas est: Mihi multum displicet ꝙ in ista forma huc veni. Ait iudex. Certe credimus tibi. Dic ergo terciam veritatē: ⁊ teipsum a morte saluasti. Ait ille. Hec est tercia veritas. Si semel potero euadere ab istum locū nunq̄ voluntarie in ista forma venirem. Ait iudex. Amen tibi satis prudenter te liberasti vade in pace ⁊ sic saluatus ē

Moralisatio

Karissimi. Imperator iste est dominus noster iesus christus qui istam legem edidit scilicꝫ ꝙ quicunqꝫ malefactor. id est peccator. per gratiā dei captus fuerit coram discreto iudice ductus. id est. confessore. dicat tres veritates tā veras ꝙ demones contra se non poterunt obijcere hereditatem regni celestis obtinebit. Prima veritas est: ego sum malus homo. i. in tali peccato: ⁊ sic de singulis. Ecce confessio. Secunda veritas est: displicꝫ mihi ⁊c. i. multum mihi displicet ꝙ tantum deum meum offendi. Ecce contritio. Si possem semel euadere per viam satisfactionis nunq̄ ad peccatum redirem voluntarie Et sic per consequens vitam eternam obtinerē

¶ De superbia nimia ⁊ quomodo superbi ad humilitatem maximam sepe peruenerunt satis notabile.

¶ Capitulum. lix.

IOuinianus imperator regnauit:
potens valde qui cum semel in
strato suo iacuisset exaltatu3 est
cor eius vltra q̄ credi potest. Et in corde di
xit. Est ne aliquis deus alius q̄ ego. His
cogitatis somnum cepit. Mane vero sur-
rexit ⁊ vocauit milites suos ⁊ ait. Carissi-
mi bonum est sumere cibum quia hodie ad
venandum pergere volo. Illi vero parati
erant voluntatem eius adimplere. Cibo su-
pto ad venandum perrexerunt. Dum ve-
ro imperator equitasset calor intollerabilis
eum inuasit intantu3 q̄ videbatur ei q̄ mo
reretur nisi q̄ in aqua frigida balneare pos
set. Respexit a longe: aquam latam vidit.
Dixit militibus suis. Hic remaneatis quo
usq3 fuero refrigeratus. Dextrarium cum
calcaribus percussit: ad aquam festinanter
equitabat: de equo descendit: omnia vesti-
menta deposuit: aquam intrauit: ⁊ tamdiu
ibi remansit quousq3 refrigeratus esse3. Du3
ibidem expectasset venit quidam homo ei
per omnia similis in vultu ⁊ gestu. ⁊ induit
se vestimentis eius. dextrarium eius ascen
dit ⁊ ad milites equitauit: ab omnibus sic
persona imperatoris est receptus. Finito
ludo ad palacium cum militibus perrexit:
Post hoc cito Iouinianus de aqua exi-
uit sed nec vestes nec equum inuenit. Ad-
mirabat̄ ⁊ tristatus est valde: quia nudus
erat ⁊ nemine3 vidit: cogitauit intra se quid
faciam. Ego miserabiliter sum frustratus:
Tandem ad se reuersus dicebat. Hic pro-
pe manet vnus miles quem ad miliciam p̄
moui: ad eum pergam: vestes ⁊ equum ac
quiram: ⁊ sic ad palacium meum ascenda3:
⁊ videbo quomodo ⁊ per quem sum cōfu-
sus. Iouinianus totaliter nudus ad castru3
militis perrexit: ad ianuam pulsauit. Iani-
tor autem causam pulsationis quesiuit. Ait
Iouinianus. Ianua3 aperite ⁊ qualis ego
sum videte. Ille vero ianuam aperuit ⁊ cu3
eum vidisset obstupuit ⁊ ait. Qualis es tu
Et ille. Iouinianus sum imperator: Uade
ad dominum tuum ⁊ dic ei vt mihi vestes
accōmodat quia vestes ⁊ equum perdidi:
Qui ait Mentiris pessime ribalde Iam
ante aduentum tuum dominus imperator
Iouinianus ad palacium suum cum militi
bus suis transiuit: ⁊ dominus meus secum
perrexit ⁊ rediit: ⁊ iam in mensa sedet. Sed
quia imperatorē te nominasti: domino meo
nunciabo. Ianitor intrauit ⁊ domino suo v̄
ba eius retulit. Ille hoc audiēs precepit vt
introduceretur. Miles cum eum vidisset.
noticia3 eius non habebat. Sed imperator
peroptime eu3 cognouit. Ait ei miles. Dic
mihi qualis es ⁊ quod est nomen tuu3. qui
r̄spondit. Ego sum imperator Iouinianus
⁊ ego te ad militiam promoui tali tempore
ait ille. O ribalde pessime qua audacia au
des te imperatorem nominare. Iam enim
dominus meus imperator ante te ad pala-
cium equitauit: ⁊ ego per viam ei associa-
tus eram: ⁊ iā sum reuersus: ⁊ quia teipsu3
imperatorem nominasti impune non tran-
sibis. Fecit eu3 egregie verberari ⁊ postea
expelli: Ille vero sic flagellatus ⁊ expulsus
fleuit amare ⁊ ait. O deus meus quid hoc
esse poterit q̄ miles quem ad miliciam p̄-
moui noticiam mei non habet: ⁊ cum hoc
grauiter me flagellauit. Cogitauit apud se
prope est quida3 dux consiliarius meus: ad
eum pergam ⁊ necessitatem ei ostendam:
per quem potero indui ⁊ ad palacium me-
um reuerti. Cum vero ad ianua3 ducis ve
nisset pulsauit. Ianitor audiens pulsationē
ianuam aperuit: ⁊ cum hominem nudum
vidisset admirabatur ⁊ aiebat Carissime q̄
lis es tu ⁊ quare sic taliter nudus venisti:
Et ille. Ego sum imperator a casu equum
⁊ vestimenta perdidi. Et ideo ad duce3 ve
ni vt mihi in hac necessitate succurrat. Ido
te rogo vt negocium meum cora3 domino
tuo facias. Ianitor cum verba eius audiss3
admirabatur: aulam intrauit ⁊ domino suo
omnia retulit. Ait dux. Introducatur. Cu3
introductus fuisset nullus noticia3 eius ha
bebat. Et dux ait ad illum. Qualis es tu: ⁊
ille. imperator su3 ego ⁊ te ad diuitias ⁊ ho
nores promoui: quando te ducem feci ⁊ cō
siliarium meum te constitui. Ait dux. Insa
ne miser. Perrexi parum ante te cum do
mino meo imperatore versus palacium Et
reuersus sum. Et quia talem honorem tibi
appropriasti impune nō transibis. Fecit eū
in carcerem recludi ⁊ pane ⁊ aqua susten-
tari. Deinde ex carcere extraxit ⁊ egregie
verberari: ⁊ a tota terra post hoc eiici fecit
Ille sic eiectus vltra q̄ credi poterit gemi-

tus z suspiria emittebat z intra se dixit. heu mihi quid faciam qz factus sum opprobriū z abiectio plebis. Melius est mihi ad palacium meū pergere z mei de palacio meo noticiam habebunt. Saltē si non: vxor mea noticiam meam habebit per certa signa. solus ad palacium accessit: ad ianuam pulsauit. Audita enim pulsatione ianitor ianuam aperuit: quem cum vidisset dixit. Dic mihi qualis es tu. Et ille. Miror de te ꝙ non nouisti me quia per tot tempora fuisti mecum. Qui ait. Mentiris tu. Cum domino imperatore diu steti. Et ille. Ego sum ille: Et si dictis non credis: rogo te dei amore. vt ad imperatricem accedas z per ista signa: illa mihi vestes imperiales ꝑ te mittet quia a casu omnia perdidi. Ista signa que ꝑ te ei mitto: nullus nisi nos duo nouit sub celo. Ait ianitor. Non dubito. quin insanus sis. Quia iam dominus meus imperator sedet in mensa z iuxta eum imperatrix. Verumtamen ex quo dicis te imperatorem eē imperatrici intimabo z certus sum ꝙ grauiter punieris. Ianitor ad imperatricem ꝑrexit: z omnia audita ei intimauit. Illa nō modicum contristata ad dominum suū cō uersa est z ait. O domine mi audite mirabilia signa priuata inter nos sepius acta: vnus ribaldus mihi in porta per ianitorem recitat z cum hoc dicit se imperatorem Et dominū meū esse. Ipse cum hoc audisset precepit ianitori vt introduceretur in cōspectu omnium: qui cum taliter nudus introductus fuisset: canis quidam qui antea eū multum dilexerat ad guttur suum saltabat vt occideret: sed per familiam impeditus ē: sic ꝙ nullum ab eo receperit malum. Item quendam falconem habebat in pertica qui cum eum: vidisset ligaturam fregit z extra aulam aduolauit. Ait imperator omnibus ī aula sedentibus. Charissimi: audite verba mea que de isto ribaldo dicam: Dic mihi: qualis es tu: z ob quam causam venisti: at ille. O domine ista est mirabilis questio imperator sum z dominus istius loci. Ait imperator omnibus sedentibus in mēsa z circumstantibus. Dicite mihi per iuramentū vestrum quod mihi fecistis: quis nostrum imperator est z dominus. Aiunt illi. O domine leuiter respondemus per iuramentū quod vobis fecimus. Istum ribaldum nū ꝙ vidimus: sed vos estis dominus noster: z imperator quem a iuuentute nouimus. Et ideo rogamus vna voce vt puniat̄: vt omnes exemplum ab eo capiant: z de tali presumptione non attemptent. Imperator ille conuersus ad imperatricem ait. Dic domina mihi per fidem qua teneris. nosti tu istū hominem qui se imperatorem z dominum tuū esse dicit. At illa. O bone domine cur talia a me queris. Nonne plus ꝙ triginta annis in societate tua steti: z prolem per te genui. Sed vnum est ꝙ miror quomodo ribaldus iste peruenit ad nostra secreta inter nos perpetrata. imperator ille dixit illi qui introductus fuerat. Carissime qua te ausus fuisti teipsum imperatorem nominare: Damus pro iudicio vt ad caudā equi hodie sis tractus: z si iterū ausus sis hoc dicere te condemnabo morte turpissima. Vocauit satellites suos z ait. Ite z istum ad caudā equi trahite sed nolite eum occidere. Et sic factū est. Post hec vero vltra ꝙ credi potest cōmota sunt omnia interiora eius. Et quasi de ipso desperatus dicebat. Pereat dies in qua natus sū. amici mei a me recesserunt. Vxor mea z filij mei non nouerunt me. Dum hoc dixisset ei cogitabat. Hic ꝓpe manet confessor meus: pergam ad ipsū forte ipse meam noticiam habebit: quia sepius ipse meam confessionem audiuit. perrexit ad heremitam ad fenestrā cellule pulsauit At ille: Quis ibi. Et ille. Ego sum imperator Iouinianus: fenestram aperias vt loquar tecum. Ille vero cum vocem eius audisset: fenestram aperuit cum eum vidisset cum impetu fenestram clausit z ait Discede a me maledicte tu non es imperator sȝ dyabolus in forma hoīs Ille hoc audiens ad terrā pre dolore cecidit: crines capitis ac barbe dilacerauit: z dixit. heu mihi quid faciam ego. His dictis recordatus fuit ꝙ in stratu suo exaltatum fuit cor eius dicens. ē ne deus alter preter me: statim ad fenestrā heremite pulsabat z dixit: amore illius qui pependit in cruce ꝯfessionē meam audite: fenestra clausa: ait ille mihi bene placet: qui de tota vita sua cum lachrymis est ꝯfessus z precipue quō contra deū se erexit dicens ꝙ non credit alium deū esse ꝙ seipsū. Facta confessione z absolutōe heremita fenestram eius aperuit: z noticiā eius habebat

et ait. Benedictus altissimus iam noui te: paucas vestes hic habeo induas te et ad palacium perge: et vt spero noticiam tuam habebunt. Imperator induit se et ad palaciū suum perrexit: ad ianuam pulsabat: ianitor ostium aperuit et eum satis honorifice recepit: at ille. Nunquid noticiā meam habes: qui ait. Etiam domine peroptime: sed admiror ꝙ per totum diem hic steti et vos exire non vidi. Ille vero aulā intrauit: omnes eum videntes capita inclinabant. Alius imperator erat cum domina. Quidam miles exiens de camera eum intime aspexit: post hec in camerā est reuersus et ait. Domine mi est quidam in aula cui omnes capita inclinant et honorē faciunt qui vobis in omnibus assimilatur intantum ꝙ quis vestrū est imperator penitus ignoro. Imperator ille hoc audiens ait imperatrici. Exeas et videas si eius noticiam habeas. Illa vero foras perrexit: et cum eum vidisset admirabatur: statim cameram intrauit et ait. O domine vobis vnum denuncio ꝙ quis vestrū est dominus meus penitus ignoro: at ille. Ex quo sic est foris pergam et veritatē excutiam. Cum autem aulam intrasset eum per manū cepit et iuxta eum stare fecit: vocauit omnes milites in aula existentes cum imperatrice et ait. Per iuramentū quod mihi fecistis dicite quis nostrum est imperator: imperatrix primo respōdit. Domine mi mihi incumbit primo respondere: testis est mihi deus in celis quis vestrum est dominus meus penitus ignoro: et sic omnes dixerunt: at ille. Carissimi audite me. Iste homo est imperator vester et dominus: nā aliquo tempore contra deum se erexit propter quod peccatum deus eum flagellauit: et hominum noticia ab eo recessit quousqꝫ satisfactionē deo fecerit. Ego sum angelus eius custos anime sue qui imperium custodiui quādiu fuit in penitentia: iam eius penitentia est completa: et pro peccatis satisfecit ammodo ei sitis ei obedientes ad deū vos recōmendo: statim ab oculis eorum disparuit. Imperator vero deo gratias reddidit: et toto tempore vite sue in bona pace vixit: et spiritum deo reddidit: quod nobis concedat qui sine fine viuit et regnat etc.

¶ Moralisatio

Carissimi. Imperator iste potest dici quilibet homo totaliter mūdo datus qui propter diuitias et honores in superbiā cordis erigitur: sicut alter nabuchodonosor qui diuinis preceptis non obediuit: vocat milites id est sensus: pgit ad venandum mundi vanitates. interim calor intolerabilis id est temptatio dyabolica eū arripit ꝙ quiescere non potest quousqꝫ in aquis mundanis sit totaliter refrigeratus. ista refrigeratio est detrimentū aīe: et sic milites .i. sensus sine custodia hoīe dimittunt quocunqꝫ in aqua mundana balneari intendit. sed de equo primo descēdit id est a fide errat: quia in baptismo firmiter deo pmisit adherere: et pompis dyaboli abrenunciare. sed q̄cito totaliter se in aquis mundanis inuoluit fidem frangit: et hoc est de equo descendere. Deinde deposuit vestes id est virtutes quas in baptismo recepit: et sic nudus miser in mundi vanitatibus iacet. Quid est faciendum. Certe vt alius scꝫ prelatus qui fidem et virtutes habet custodire hoc est vestimenta recipere: quia prelato datur potestas soluendi pctōrem quotiens puro corde ad deum se conuertit. Iouinianus cum de aqua exiuit etc. sic miser homo cū de aqua mundana per dei grām intendit exire nullā virtutem inueniet: quia omnes per peccatū pdidit: ergo habet materiam dolendi. Quomodo ergo debent virtutes recupari. certe ad domū militis primo debet pgere. Miles iste est ratio que habet te flagellare: ꝙ ratio dictat ꝙ quamuis contra deum perpetrasti in corde tuo hoc emendes: et ideo nō poteris teipsum dicere imperatorem id est christianum: quia opera christiani per peccatū perdidisti: ratio ergo te expellit ab oī vicio. Quid est faciendū. pergas ad castrū ducis scꝫ ad conscientiā tuam propriā que contra te grauiter murmurat donec reconciliatus deo fueris: imo in carcerē te ponit hoc est in perplexitatē magnam quomodo et per quam viam deo placere potes et vulnera ab eo recipere id est cordis compunctionem per que sanguis id est pctm exeat: deinde ad palaciū cordis tui pulsare id est intime cogitare quō et qua de causa contra deum deliquisti. ianitor id est voluntas que est libera ostium cordis tui habet aperire:

et te ducere ad primum statum quem in ba
ptismo accepisti. Canis qui saltat vt te oc-
cidat ec: est caro tua ꝓpria per quā homo
sepius occideretur nisi deus impediret. Et
falco in pertica extra fenestram volat ec. id
est potentia diuina non tecū manebit ꝙdiu
in mala vita iaces: nec vxor id est anīa no-
ticiaꝫ habebit tue salutis. Quid ergo est fa
ciendū. Certe vt sis tractus ad caudaꝫ equi
Trahi per caudam equi nihil aliud est ꝙ a
principio vite vsqꝫ ad presens quid et quan
tum fecisti tantum dolere et satisfactionem
perpetrare: deinde postꝙ ista feceris perge
ad heremitam id est discretum confessoreꝫ
in foresta sancte ecclesie: et de omnibus qui
bus contra deum deliquisti pure cōfitearis
clausa fenestra id est priuate non ad laudeꝫ
hominū sed ad tuū solamen: et statim deus
et omnes angeli noticiam tuam habebunt.
Deinde facta confessione vestimētis id est
bonis virtutibus poteris indui: et ad pala-
cium cordis tui secrete accedere: et omnes
sensus tui cum vxore id est anima noticiaꝫ
habebunt: quia verus imperator id est bonus
christianus factus es: et per consequēs vitā
eternaꝫ obtinebis: ad quam nos ꝑducat ec.

De auaricia et eius subtili conamine
Capitulum.lx.

REx quidam erat qui filiaꝫ vnicā
pulcrā et gratiosam nomine rosi
mundam habebat. Puella ista
cum ad etateꝫ debitam peruenisset: erat tam
abilis in currendo ꝙ citius ad terminū per
uenerat anteꝙ aliquis eam tangere posset
Rex per totum regnuꝫ proclamari fecerat.
ꝙ quicunqꝫ cum filia sua volebat currere:
et ad finē termini ante eam ꝑueniret ipsam
in vxorem haberet: et totum regnum post
eius decessum. Si vero aliquis hoc attem
ptaret et in cursu deficeret caput amitteret.
Facta proclamatione quasi infiniti se obtu
lerunt cum ea currere: et quotquot cum ea
currebant omnes deficiebant et capita ami
serunt. Erat tunc quidaꝫ in ciuitate paupꝫ
noīe abibas qui intra se cogitabat. Paupꝫ
ego sum et de vili sanguine progenitus: si ꝑ
aliquam viam possem illam puellaꝫ deuin
cere non solum ego promotus essem: sed ⁊
omnes de meo sanguine. Prouidebat sibi
de tribus cautelis scꝫ de serto rosarum: quia
illa puelle appetiit. Secundo de zona serica
quam puelle libenter optant. Tercio de lo
culo ⁊ infra loculum pila quedam erat de-
aurata super pilaꝫ descriptio talis. Qui me
cum ludit nūqꝫ de ludo satiabitur. Hec tria
ipse in sinu suo posuit: ad palaciuꝫ perrexit
pulsauit. Adest ianitor ⁊ causam pulsatiōis
petebat: qui ait. Paratus sum cum puella
currere. Illa cū hoc audisset quandaꝫ fene
stram aperuit: et cum eum vidisset in corde
suo despexit: et ait. Ecce ꝙ reprobus est cū
quo currere debes: tamen non poterat ꝯtra
dicere: ad currendū se preparauit: ambo ad
inuicem currebant: cito puella ad magnam
distantiam ante eum cucurrit. Abibas cum
hoc vidisset sertum rosarum ante eam pro
iecit. Viso serto puella inclinauit se et sertū
leuauit et in capite posuit: tantū in serto de-
lectabatur et expectabat ꝙ abibas ante eā
cucurrit. puella cū hoc vidisset: ait in corde
suo. Nūqꝫ filia patris mei cum tali ribaldo
debet copulari: stati sertū ꝓiecit in quandā
foueam profundam: et post eum cucurrit ⁊
apprehendit: quem cum apprehendisset a-
lapam dedit ei dicens. Siste gradum miser
non decet vt filius patris tui in vxorem me
ducat: statim ante eum cucurrit. Abibas cū
hoc vidisset ante eam zonam de serico pro
iecit: quam cum vidisset inclinauit se ⁊ eaꝫ
leuauit se succinxit et tantum de ea delecta
batur ꝙ ibidem moram traxit: et iterum a-
bibas longe ante eam cucurrit. Puella cū
hoc vidisset fleuit amare: et zonam accepit
et in tres partes fregit: post eum cucurrit ⁊
apprehendit: queꝫ cū apprehendisset manū
leuauit et ei alapā dedit dicēs. O miser me
in vxorē non habebis: statim ante eū longe
cucurrit. Abibas cum hoc vidisset expecta
bat quousqꝫ ipsa prope esset. Hoc facto lo-
culum de serico ante eaꝫ ꝓiecit: viso loculo
inclinauit se et loculū leuauit: aperuit pilaꝫ
deauratam intus inuenit superscriptionem
legit. Qui mecū ludit nunqꝫ ludo satiabitur
incepit tantum et tam diu ludere cum pila:
ꝙ abibas citius ad fineꝫ peruenit et eam in
vxorem tenuit

Moralisatio

CArissimi Imperator iste est dñs
noster ihesus xp̄us. Filia pulcra
anima ad dei similitudinē creata

que velociter i bonis operibus currit quodiu in puritate vite manet intantum q eam pcm mortale vincere non potest. Clamor factus est &c. clamor iste nihil aliud e qz q homo se defendat et protegat cotra dyabolu mundum et carne. Et si bellum contra ista tria aggreditur et victoriaz obtinuerit tunc peccata mortalia succumbunt: z hoc est capita amittere. Abibas est dyabolus qui cum viderit hominem superasse per opera misericordie prouidet sibi de tribus cautelis scz de serto. Sertum istud est superbia: quia sicut sertum non ponitur nisi super caput vt ab hominibus videat: sic superbus semper videri vult: z ideo dicit Augustinus. Cum superbum videris filium dyaboli esse non dubites. Cum igitur homo vtitur serto supbie statim currit dyabolus ante eu. Quid ergo est faciendum: certe vt sertum superbie proiiciatur in foueam humilitatis: et sic dabis dyabolo alapa et eum dimittes. Post hec puella se iclinauit z zona leuauit et aperit. Zona ista est luxuria qua dyabolus proiicit ante homine: cum tamen contra tales dicat Gregorius. Succingite lumbos vestros in castitate. Si ergo succingis te zona luxurie statim dyabolus ante te currit de bona vita tua te impedit. Quid ergo est faciendum. Certe vt zona luxurie in tres ptes frangat scz in orationem ieiunium et elemosinam: z sic per consequens dyabolum vinces: post hec dyabolus loculum ante hominez piicit. Scitis q loculus habet duas cordas ad aperiendum. Cor vero est loculus qd debet esse calusum inferius quantum ad terrena: et superius quantum ad celestia ad gratiaz suscipiendam. Due corde que claudunt sunt timor dei et pena eterna: p que duo cor hominis clauditur ne intret peccatum. Pila in loculo sepius inuenitur in cordibus nris scz auaricia aut cupiditas: quia sic pila mouetur ad omnem differentiaz positionis: sic et auarus mouetur in terra: mouet in mari no cessat pes eius currere: nec cor cogitare quomo et per quam viam bona mundana poterit acquirere. Superscriptio est qui mecum ludit id est qui cum cupiditate incipit vitam ducere et vix aut nunq poterit sustinere sicu dicit Seneca. Cu omnia peccata senescant sola cupiditas iuuenescit: ideo timendum est de aliquibus qui tantum cum pila ludut cupiditatis q dyabolus ipsos decupabit: quia sicut dicit Apostolus. Radix omnium maloz est cupiditas. Studeamus ergo vitam nostra sic in piis operibus dirigere vt vitam eternaz valeamus attingere.

De premeditatione semper habenda Capitulum.lxj.

Claudius regnauit qui vnicam filiam habebat gratiosam z decoram valde: qui cum semel in stratu suo iacuisset intime de filia sua cogitabat quomodo eam promouere posset: ait intra se. Si eam in vxorem diuiti stulto tradidero filiam meam perdam: si vero paupi sapienti p eius sapientia ei necessaria large acquireret Erat tunc in ciuitate quidam philosophus nomine Socrates quem rex dilexerat: vocauit eu et ait. Carissime numquid tibi placet filiam meam in coniugem accipere: et ille. Etiam domine peroptime: et ille. Exquo ita est dabo tibi ea et sub illa conditione q si moriat filia in tua societate vitam tuam amittes. Eliges ergo eam accipere vel dimittere: et ille. Mihi bene placet eam accipere sub ista conditione. Rex nuptias celebrauit cum magna solennitate. Per quedam tempora vitam duxerunt in quiete et sanctitate perfecta: post hoc vxor socratis vsqz ad mortem infirmabatur: hec audiens socrates contristatus est valde: quandam forestaz intrauit fleuit amare: dum sic esset in dolore: rex alexander in eadem foresta venabatur. Miles quidam alexandri socratem vidit ad eum equitabat: et ait ei. Carissime cuius homo es: et ille. Homo talis domini sum ego: qui seruus domini mei est dominus est domini tui: ait miles. Non est maior domino meo in toto mundo: sed exquo talia dicis ducaz te ad dominu meu z audiemus quis est dominus tuus de quo tot et tanta presumis. Cum autem coram rege alexandro ductus fuisset: ait ei. Carissime quis est dominus tuus de quo talia dicis q seruus est dominus meus. at ille. Dominus meus est ratio: seruus eius volutas. Sic est ergo q tu per voluntatem tuam regnum tuum et non per rationem hucusqz gubernasti: ideo seruus domini mei hoc est voluntas est dominus tuus. Audiens hec

alexander ait. Carissime prudenter respondisti vade i pace: ab illa die cepit rex regnũ suum ratione gubernare et non voluntate. Socrates vero solus forestaꝫ intrauit ꝛ fleuit amare pro sua coniuge. Senex quidam venit ad eum et ait. O bone magister ob quã rem affligitur anima tua et ille. Filiaꝫ regis sub tali conditione desponsaui ꝙ quocunqꝫ tempore ipsa i societate mea moriatᷣ ego vitam meam amittam ꝛ iam ad mortẽ infirmatur: et hec est causa doloris mei: ait senex. Fac consilium meum et post factum nõ penitebis: vxor tua est de sanguine regũ Cum rex minutus fuerit vxor tua pectus ꝛ vbera liniat de sanguine patris sui: deide in ista foresta tres herbas inuenies: de vna ei potionem facies: de aliis duabus vnum emplastrum ponas vbi doloreꝫ sentit: et si istã doctrinam impleueris sanitatem perfectaꝫ inueniet. Socrates omnia impleuit: ꝛ vxor ab infirmitate conualuit. Rex vero cum audisset ꝙ socrates tam solicite ꝓ infirmitate filie sue laborabat eum ad magnas diuitias et honores promouit.

Moralisatio presentis hystorie

Karissimi Iste rex est ihũs xpũs dominus noster. Filia tã pulcra anima ad dei similitudinẽ creata Istaꝫ puellã non diuiti sed pauperi socrati id est homini dedit. ꝙ sit pauper ecce Iob. ix. Nudus egressus sũ de vtero mr̃is mee ꝛc̃. sed carissimi scire debetis ꝙ sub tali cõditione dedit dominus noster ihesus xpũs homini animã vt in eius societate moreretᷣ per peccatũ mortale vitam tuam scꝫ eternã amittes. si ergo aĩa tua i infirmitatẽ ꝑ pc̃m cecidit fac sicut fecit socrates intra forestaꝫ: id est sanctã ecclesiam in qua inuenies senẽ id est discretum confessoreꝫ de cuius ꝯsilio saluari poteris. Alexander qui venatus est est homo mundanus qui potius regulatur voluntate ꝙ̃ ratione: sed per sacrã doctrinã emendatᷣ. Si per peccatuꝫ infectus es primo lineas pectus tuum cum sanguine id est recenteꝫ memoriã de christi passione habeas in corde: deinde collige tres herbas scꝫ confessionem contritionem et satisfactioneꝫ: de prima facias potioneꝫ scꝫ de peccatis semp dolere: de aliis emplastrũ id est penitentiaꝫ et sic per consequẽs ad diuitias vite eterne promoueri possis: ad quam nos perducat ꝛc̃.

De pulcritudine fidelis anime Capitulum. lxij.

Gayus regnauit prudens valde. In cuius regno mulier quedaꝫ erat nomine florentina miro modo pulcra et gratiosa. Unde tanta pulcritudo erat in ea ꝙ tres reges eam obsidebant ꝛ a quolibet rege violata. post hec inter reges propter nimium amorẽ cõmissum est bellũ et quasi infiniti homines ex omni parte occubuerunt. Satrape imperij hec audientes oẽs ad regem venerunt dicentes. Domine illa florẽtina in regno tuo est tam pulcra ꝙ quasi infiniti quotidie pro eius amore occiduntur: et nisi citius remedium apponatur quotquot sunt in regno peribunt. Audiens hec rex literas scribi fecerat anulo suo signatas ꝙ sine vlteriori dilatione illa ad eum veniret. Preco cum literis ad eaꝫ perrexit et anteꝙ̃ ad eaꝫ peruenit defuncta est: rediit preco de morte florentine regi nunciauit: rex contristatus est valde ꝙ eam videre nõ poterat in sua pulcritudine: oẽs pictores regni ad eum conuocari fecit: cum autẽ venissent ait rex. Carissimi hec est causa quare pro vobis misi. Erat quedã mulier nomine florentina in tanta pulcritudie ꝙ quasi infiniti occubuerũt pro eius amore: defuncta est et eam non vidi. Ite ergo et cum oĩ industria vestra imaginem eius depingite cũ sua pulcritudine per quam potero discernere quomodo tot occubuerunt ꝓ eius amore: at illi Domine rem difficileꝫ vos queritis: tanta erat in ea pulcritudo et decentia ꝙ omnes pictores orbis imaginẽ eius nõ depingerẽt quantuꝫ ad omnia: excepto vno pictore qui latet in montibus: ille solus est et non alius qui voluntatem vestram adimplere poterit Hec audiens rex pro illo pictore destinauit qui cum ad eum venisset: ait ei. Carissime de tua industria informati sumus. Uade et imaginem florentine per omnia depinge in sua pulcritudine: et condignam mercedem dabo tibi: at ille. Rem difficilem queris: veruntamen mihi concede vt in ꝯspectu meo omnes pulcras mulieres totius regni saltẽ per vnam horam habeam: et faciam quod tibi placebit. Rex vero fecit oẽs conuocari: et in conspectu eius stare. Pictor quatuor

pulcriores ex eis elegit et alias licētiauit vt ad patriaȝ suam redirent. Pictor ille cum rubeo colore imaginem eius incepit depingere: et que illaꝝ quatuor mulieꝝ habebat magis faciem gratiosaȝ aut nasum: ⁊ sic de ceteris mēbris hoc in imagine posuit: ita ꝙ ex qualibet muliere aliquā partem accepit et imagineȝ cōpleuit. Cum vero completa fuisset imago venit rex vt eam videret. qui cū vidisset ait. O florentina si vixisses vltra omnes istum pictorem deberes diligere qui depinxit te in tanta pulcritudine.

Moralisatio

Karissimi. Iste rex est pr̄ celestis Florētina tam pulcra est anima ad dei similitudineȝ creata. Tres reges dyabolus mundus et caro: per istos tres reges anima propter peccatum primi parentis erat obsessa et a quolibet violata: vnde tot occubuerunt per peccatum ꝙ oēs ante aduentum christi ad infernum descenderunt. Hoc videntes satrape hoc est patriarche ⁊ prophete de remedio clamabāt dicentes. Domine mitte nobis quē missurus es. Alij. Emitte agnū domine dominatorē terre ⁊c̄. Deus vero misit preconeȝ scȝ beatum iohanneȝ baptistā sicut scribitur Malach. j. Ecce ego mitto angeluȝ meum qui preparabit ⁊c̄. Sed heu prochdolor longe ante eius aduentū mortua est anima. Pictores sunt vocati qui se excusauerūt ⁊c̄ id est in celo inter angelos: in terra inter hoīes scȝ pr̄iarchas et prophetas non est inuētus vnus qui sciuit vel potuit imaginem id est animā depingere quantū ad suam propriaȝ pulcritudineȝ. Pictor qui de montibus venerat ē dominus noster ihesus christus qui descendit de celis vt istam imaginem reformaret. Et quomodo: certe cū rubeo colore id est ꝓprio sanguine. Elegit quatuor mulieres pulcriores ⁊c̄. Pro prima muliere dedit esse cum lapidibus. Pro secunda vegetare cum plantis. Pro tercia sentire cū animalibus. Pro quarta intelligere cū angelis Rex cū vidisset dicebat. O florentina id est anima multū deberes istum pictoreȝ dominū nostrum ihesum christum ante oīa diligere qui suo ꝓprio sanguine te depinxit in tanta pulcritudine.

De mundanorum delectationibus

Capitulum. lxiij.

Vespasianus regnauit qui filiam pulcerrimam habebat cui nomē Aglaes que erat nimis pulcra et oculis omnium gratiosa ita ꝙ eius pulcritudo omnes alias mulieres excellebat. Accidit quoqȝ vna dieꝝ ꝙ cum filia eius antē eū staret eam intime respexit et ait ei. Carissima nomen tuum mutabo propter pulcritudinem corporis tui sit nomen tuum amodo domina solacij in signū huius vt oēs qui aduenerint tristes cum gaudio recedāt Rex vero iuxta palacium quendaȝ ortum pulcerrimum habebat in quo sepius causa solacij ambulauit: fecit proclamari per totū imperium ꝙ si quis filiam suam in vxoreȝ habere vellet ad palacium suum veniret et infra ortum tribus aut quatuor diebus spaciaret: deinde rediret si filiaȝ suam in vxoreȝ habere vellet. Facta proclamatione multi ad palacium suum venerūt: ortū intrabant ⁊ nunꝙ postea sunt visi: ⁊ quotquot venerūt nullus ex eis euasit Erat tunc quidā miles in partibus longinquis cum audisset de clamore ꝙ si quis ad palacium veniret filiam regis in vxorem haberet: venit ad ianuam palacij et pulsauit: ianitor ostium aperuit ⁊ eum introduxit ad regeȝ accessit et ait. Domine mi clamor factus ē cōmunis vt si quis ortum vestrum intrauerit filiaȝ vestram in vxoreȝ habebit ideo huc veni: ait rex. Ortū intrate et si exieritis eam habebitis: qui ait Domine nū vnum mihi concede: peto instanter anteꝙ ortū intrauero vt aliq̄ verba cum puella loqui potero: at ille. Mihi bene placet: accessit ad puellaȝ et ait. Carissima nomen vestrum est domina solacij: ad hoc tibi datuȝ est vt oēs qui tristes ad te veniūt cum gaudio redeūt: sed ego nimis tristis et desolatus ad te venio: prebe ergo mihi consilium et auxiliū quomodo cū gaudio recedere potero: multi ante me venerunt ⁊ ortū intrauerunt nec vnꝙ amplius visi sunt. Si ergo mihi idem casus contingeret ve mihi dicere potero ꝙ ego in coniugem te desideraui in matrimonio: at illa. Tibi veritatem dicam et tuā tristiciā in gaudium ꝯuertam In ortu illo est quidā leo ferocissimus qui oēs intrantes interficit et per eum oēs qui intrauerūt rōne persone mee sunt interfecti

Arma corpus tuum totū ferro a planta pedis vsqz ad verticē capitis: et sint oīa arma tua cum gūmi linita. Cum vero ortum intraueris leo statim in te irruet: contra eū viriliter pugna: et cum lassus fueris ab eo te separabis. Ille vero per brachiū vel pedez te tenebit cū dentibus intantuz ꝙ per arma gūmata dentes eius pleni erūt ꝙ te parum poterit ledere. Tu vero cū hoc perceperis gladium euagina et caput eius amputa: sed aliud est adhuc periculum in orto illo. Est tantum vnus introitus ꝛ sunt diuersa diuerticula ita ꝙ qui semel intrauerit vix exitum inuenire poterit: et ideo cōtra illud periculū dabo tibi tale remedium. Globum fili tibi concedo vt cum ad ostium orti perueneris filum globi in porta liga: et sic per filum in ortum descende: et sicut vitam tuam diligis globū fili ne perdas. Miles vero per oīa adimpleuit sicut dixerat puella: armatus ortū intrauit. Leo cum eum vidisset toto conamine in euz irruit: miles viriliter se defendit et cum lassus erat saltum ab eo fecit: leo eū per brachium tenuit intantū ꝙ dentes eius gūmi pleni erant. Miles cum hoc percepisset gladium extraxit et caput leonis amputauit. Ille vero intantū gaudebat ꝙ filū per quē descendit perdidit. Ille vero tristis ac dolens ortum tribus circuit diebus et diligenter globum quesiuit: de nocte inuenit. Cum vero inuenisset non modicū gaudēs per filum ascendit quousqz ad portā peruenit filum soluit ad regem perrexit: et filiam suā dominā solacij sibi vxorem obtinuit de quo multum gaudebat.

Moralisatio

Karissimi. Iste imperator est dominus nr̄ iesus christus. Filia tam pulcra domīa solacij est regnum eternuz. Qui vero voluerit regnum eternuz ac celeste habere oportet vt primo ortum huius mundi intret et per aliqua tpa q̄diu deus voluerit ibidem expectet. Ps. Constituisti terminos eius qui preteriri nō poterunt. Iob. Unus est introitus hominū et iumentorum: sed in mundo tot sunt diuerticula per que nescit homo finem suum: nec vbi: nec quando: nec quomodo mori debet. Leo vero est dyabolus qui circuit querens quē deuoret: vnde quasi infiniti per eū sunt occisi. Quid est ergo faciendū: si volumus regnum celeste obtinere: certe debemus bonis virtutibus stabiliter armari ita ꝙ arma nostra sint gūmata. Per gūmi elemosinaz intelligere debemus: quia sicut gummi duo ad inuicem iungit: sic elemosina animaz cū deo: vnde Propheta dicit. Sicut aqua extinguit ignez ita elemosina peccatū: deinde debes accipere globum fili ꝛc. Globus iste baptismus est: vnde in principio vite tue oportet incipere a baptismo: deinde a confirmatione: et sic per cetera sacramēta in mundum istum descendere. Sed leo id est dyabolus paratus est contra te pugnare: cōtra eum viriliter pugnare debes: et caput eius id est potestatē per bona opera auferre: sed sepe contigit ꝙ postq̄ homo de dyabolo triumphauerit sicut multi faciūt in quadragesima: post pasca redeunt ad peccata: et sic globū fili id est virtutē sacramenti perdunt. Fac ergo tu sicut fecit miles si per peccatū virtutes perdidisti multum dolere debes et pergas iter trium dierum per contritionem confessionem et satisfactionē: et sic inuenire poteris ea que perdidisti: ꝛ sic cum veneris ad portuz mortis quando anima separatur a corpore poteris ad dominam solacij peruenire id est ad gaudiū eternū. ad quod ꝛc.

De dominica incarnatione

Capitulum. lxiiij

Quidā rex regnauit qui tres virtutes habebat. Primo erat fortior oībus hominibus in corpe. Secūdo sapiētior. Tercio pulcrior: qui diu sine vxore vixit: tandez venerunt amici eius ad eū ꝛ dixerunt. Domine bonū est vxorē ducere ꝛ prolem generare: qꝛ nō est bonū sine vxore stare: at ille. Carissimi vobis cōstat ꝙ satis diues et potens sū: ideo diuitiis nō indigeo. Ite ergo per regna et castra ꝛ mihi virgine speciosaz ac prudentez querite et si ista duo in aliqua inueneritis licet paupercula eam in vxorem habeo. Perrexerūt illi ꝑ regna et castra: et tandez puellā nimis pulcram ac prudentem inuenerunt de sanguine regum: et eius virtutes regi denunciauerunt. Rex vero volebat eius sapientiaz expiri: preconez vocauit ꝛ ait ei. Carissime tibi trado pannum lineum habentē in longitudine et latitudine tres pollices: vade ad

puellam: ⁊ ex parte mei eam saluta: ⁊ trade
ei istum pannum. de quo per sapientiã suã
faciat mihi satis longam ⁊ latam camisiã.
pro corpore meo: Et si hoc fecerit coniunx
mea erit: Perrexit nuncius ad virginem:
⁊ eam ex parte regis salutauit: dixitq; ei: ec
ce pannus lineus habens tantum in longi-
tudine ⁊ latitudine tres pollices: si camisiã
sufficientẽ de isto panno pro corpore eius.
poteris operari te in vxorem habebit. Ait il
la. Quomodo fiet istud ex quo non sunt ni
si tres pollices in longitudine ⁊ latitudine
camisiam ei facere esset impossibile. Verũ
tamen mihi vas concedat in quo opari po
tero. ⁊ camisiam eius satis longam pmitto
Nuncius est reuersus denuncians q; regi de
virginibus responsione. statim rex vas debi
tum ⁊ preciosum ei misit. Illa vero de tam
parua quantitate in eodem vase opata est
camisiam satis sufficientem pro corpe suo.
Ille hoc videns statim eam in vxore duxit.

Moralisatio

Carissimi. Rex iste est deus ipse
potens ⁊ diues. Puella gene-
rosa de stirpe regum beata vir-
go maria mater dei ⁊ hominis que fuit pul
cra ⁊ generosa quia gratia plena. Nuncius
missus gabriel archangelus qui eã ex pte
dei salutauit dicensq; ei. Aue gratia plena.
Pannus missus est spiritussancti gratia.
que operata est in ea. quia anteq̃ nata fuit
sanctificata fuit: habensq; tres pollices. id ẽ.
in conceptione filij sui erat potentia patris:
sapientia filij: clementia spiritussancti. De
quibus quesiuit vas. i. vterum sanctum san
ctificatum in vtero matris sue: in quo fecit
camisiam. i. humanitatem. que quidem hu-
manitas erat in ea operata. Hec videns pa
ter celestis eam reginam in celo coronauit.
vbi pro nobis interpellat suum filium ⁊ fili
us patrẽ. Iuxta verbum beati Bernardi.
O homo securum accessum habes

De cura anime
Capitulum. lxv.

Quidam rex semel de vna ciuita
te in aliam transitum faceret. ad
quandam crucem venit que erat
omni parte conscripta. Ex vna parte erat
in ea scriptum. O rex si per istam viã equi
taueris pro corpore tuo bonum hospiciũ
habebis. sed equo tuo male ministrabit. ex
alia parte crucis erat scriptum. Si per viã
istã equitas inuenies hospicium in quo tu
us equus satis laute habebit: sed tu male mi
nistraberis. Ex tercia parte erat scriptum.
Si per viã istam ambulaueris tu ⁊ equus
tuus satis habebitis: sed anteq̃ accedas egre
gie eris verberatus. Ex parte quarta erat
scriptum. Si per viam istam ambulaueris.
laute tibi ministrabitur: sed equum tuũ ibi
dimittes: ⁊ tunc te oportet pedibus ambu-
lare: Rex cum omnia ista perlegisset admi
rabatur intra se cogitabat quam viã equi
tare vellet: Ait intra se. Primam viam vo
lo eligere. q2 bene erit mihi ⁊ male equo.
nox vna cito transibit: percussit equum cũ
calcaribus ad quandam viam vbi castrum
inuenit: in eo erat miles qui cum benigne r
cipit. ac laute ministrabat: sed equus paruũ
aut nil habebat: mane vero surrexit ad pa-
lacium suum equitauit. omnia gesta que vi
derat narrauit

Moralisatio

Carissimi. Imperator iste potest
dici quilibet bonus christianus.
qui habet circa salutẽ anime sue
equitare. Equus qui cũ portat est corpus
ex quatuor elementis compositum. Crux
que stat in medio vie est consciencia tua in
modũ crucis extensa. Vna pars vt ad bo
num te prouocet. Altera vt contra malum
fortiter pugnes. Vnde si ambulaueris per
viã i q̃ bene tibi erit ⁊ male equo tuo opti
me facis. Carissimi. Ista via est via penitẽ
cie: hospicium sancta mater ecclesia in qua
bene tibi erit in anima. sed oportet equum tu
um scz caro tua penitentie subiaceat. Qui
ergo per istam viam ambulauerit sapienter
facit. Alia est via in qua inuenies hospiciũ
in quo equus tuus satis laute habebit: sed
male ministrabitur tibi. Via ista est via gu
losi ⁊ luxuriosi qui hospicium suscipiunt in
voluptate carnis. De quibus Apo: ait. quo
rum deus venter est ⁊ gloria in confusionẽ
ipsorũ. In isto hospicio anima erit pessime
ministrata. Alia est via vbi equus tuus lau
te habebit: ⁊ tu verberaris. Via ista est cu
pidi ⁊ auari qui laute hic vult viuere p̃ua
opa meritoria perpetrare. sed cum mors eũ
ab hospicio huius mundi expellit: tunc aia

eius post mortez in purgatorio vel in inferno egregie verberabitur. Quarta est via p quam si ambules bene tibi erit sed equum emittes. Via ista est via boni religiosi qui de omnibus quantum ad victum z vestitũ est contentus equum amittit scʒ omnes concupiscentias carnales propter deum ac mũdi vanitates. Et ideo dicit saluator. Qui p diderit animam suam propter me zc̃. Qui reliquerit patrem aut matrem zc̃. centupliũ accipiet: z post hanc vitam: eternam vitam possidebit ¶ De constantia

Capitulum. lxvj.

Quidam rex regnauit qui pulcrã filiam habebat quam multũ dilexerat: que etiam post decessuʒ regis regnum occupauit: quia vnica est relicta. Hoc audiens quidam dux tyrannus. ad eam venit: multa ei promisit si ei consentiret. Illa vero seducta per eum est deflorata. z facta defloratione fleuit amare. Tyrãnus vero eam ab hereditate sua expulit. Illa vero sic expulsa gemitus z suspiria emittebat. z in via publica singulis diebus sedebat vt a transeuntibus elemosynam peteret Cum vna die sic flendo sedisset quidaʒ miles generosus iuxta eam equitãdo venit: videns eius pulcritudinem captus est in oculis eius z ait. Carissima qualis es. Et illa: Filia regis sum vnica z post patris mei decessum iure hereditario regnum habeo. sed per quendaʒ tyrannum fui seducta z ab eo deflorata z post hec priuauit me hereditate mea. Miles ait. Utruʒ tibi placet esse spõsam meam. Que ait. Etiam domine. Hoc desidero ante omnia. Qui ait. Fidem tuaʒ mihi trade ꝙ nullum alium accipies preter me: z contra tyrannum istum faciam bellũ terram tuam tibi acquiram. Si vero in bello mortuus fuero z hereditatem tibi acquisiero nil aliud peto nisi ꝙ ãma mea sanguinolenta tecum custodias in signum amoris Si vero aliquis veniat vt in vxorem te ducat: cameram tuam intres in qua arma pẽdent: z illa diligenter inspicias z memoriaʒ habeas quomodo propter tui amorem vitã perdidi. At illa. Domine firmiter hoc promitto: sed absit vt in bello vitam amittas. armauit se z contra tyrannum perrexit. Audiens hoc dux toto conamine se contra eum opposuit. ad inuicem pugnabant: miles victoriam obtinuit: caput tyranni amputauit: tamen in bello vulnus mortis recepit z hereditatem puelle quesiuit: z tercia die est defunctus. Puella per dies multos mortem eius planxit: arma eius sanguinolenta pendebat i camera: z sepius visitauit ea: z quotiens ea vidit amare fleuit. Multi nobiles ad eam venerunt vt eam in vxorem haberent: multa promiserunt. sed anteꝙ alicui responsum daret: cameram intrauit vt arma diligenter respiceret z dixit. O domine pro meo amore mortuus es. hereditatem meaʒ mihi restituisti: absit hoc a me vt alteri consentirem. Deinde foras exiuit z dixit. Uotum deo voui nunꝙ viro copulari. Illi hec audientes recesserunt: z sic toto tempore vite sue remansit in castitate.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est pater celestis. Filia tam pulcra est anima ad dei similitudinem creata: Cui regnum paradisi dabatur: sed per sugestionem ducis. i. dyaboli illud amisit: z est deflorata quando de pomo comedit. Deinde sedebat in platea hoc est in mundo. Unde in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Que a transeuntibus elemosyna petebant. i. a quattuor elementis gratiam dei expectabat. miles qui iuxta eam equitabat erat filius dei. qui in equo humanitatis mundum intrauit: z humano generi compatiebatur. Tu homo firmiter in baptismo promisisti nullũ virum preter eum accipere. Et ideo armauit se armis humanitatis: z belluʒ ꝯtra dyabolum pro te dedit: victoriaʒ obtinuit. tamẽ vulnus mortis pro te accepit. z nostraʒ hereditatem nobis acquisiuit. Fac ergo tu sic fecit puella: arma sanguinolenta in camera cordis tui habeas. i. semper memoriam recentem de christi passione quam pro te sustinuit in cruce. z si venerint alique temptationes per dyabolum mundum z carnem: curre ad christi passionez: recole quomodo ꝓ tuo amore mortez sustinuit in cruce. z sic temptatões supabis z vitã etnã obtinebis.

De excusatione in extremis non habenda ¶ Capitulum. lxvij.

Maximianus rgnauit prudẽs valde. In cuius regno erãt duo mi

lites: vnus sapiens alter stultus qui mutuo
se dilexerunt. Ait ei sapiens. Nunquid tibi
placet vnam conuentionē mecum ponere
z erit nobis vtile. At ille. Mihi bene placꝫ
Qui ait. Sanguinē quilibet de brachio de
xtro emittat ego tuum sanguinem bibā: z
tu meum. ꝙ nullus alium dimittet: nec in ꝓ
speritate. nec i aduersitate: z quicquid vnus
lucratus fuerit alter dimidietatem habeat.
Ait ille. Mihi bene placet. Statim cū san
guinē traxisset ambo sanguinem alterius
biberunt. Hoc facto in vna domo semꝑ re
manserunt. Rex vero duas ciuitates fece-
rat: vnā in summitate montis: z ꝙ omnes
ibidem venientes copiam thesauri haberēt
z ibidem toto tempore vite permanerent.
Ad istam ciuitatem erat via stricta ac lapi
dosa: z in via tres milites cum magno ex-
ercitu manebant. Et omnes ꝑ viam illam
transeuntes oporteret vt contra eos pugna
rent aut oia cū vita sua amitterent. In ista
etiam ciuitate rex quendam senescallū or
dinauit qui omnes indifferenter intrantes
reciperet: z ꝺm statū suū ꝯditōes laute mi
nistraret. Aliam ciuitatē fecit fieri in valle
sub monte illo ad quā ciuitatē erat plana
via ac ad ambulandum delectabilis. Tres
milites in via ista iacebant qui omnes tran
seuntes gratanter receperunt ac ministra-
bant ꝓ eoꝝ voluntate: In ista ciuitate quē
dam senescallum ordinauit vt omnes ciuita
tem intrantes aut appropinquantes indiffe
renter incarceraret. z in aduētu iudicis om
nes ei presentaret. Iudex vero nulli parce-
ret. Ait miles sapiens socio suo. Carissime
pgamus ꝑ mundum sicut ceteri milites. Et
poterimus multa bona acquirere per que
honeste viuemus. Qui ait. mihi bene placꝫ
Ambo ꝑ q̄ndam viam prexerunt quousqꝫ
ad quoddā biuium peruenerunt. Ait sapi-
ens. Carissime sic vides hic sunt due vie.
Una ad ciuitatem nobilissimam dirigit: si
ꝑ illam pgimus ad ciuitatē illā peruenie-
mus in q̄ habebimus quicquid cor nostrū
desiderat. Alia est via que ducet ad aliam
ciuitatem que est in valle constructa: z si per
eam ambulemus capti erimus z incarce-
rati ac iudici presentati z ꝑ eum in patibu
lo suspensi. Consulo ergo vt viam istam di
mittamus z ꝑ aliā ambulemus. Ait miles
stulto. Carissime de istis duabus ciuitati-
bus dudum est ꝙ audiui sed via ad ciuita-
tem sup montē est stricta valde z piculosa
qr in ea iacent tres milites cū exercitu qui
omnes intrantes expugnant occidūt z spo
liant: sed altera est via satis plana in q̄ sunt
tres milites qui omnes intrantes benignē
recipiunt. z ibi omnia necessaria inueniūtur
Et hoc satis apte video z ideo magis ocu
lis meis credo ꝙ tibi. ait sapiens. Licꝫ vna
via ad ambulandum sit male tamen alia in
respectu quo ad suum terminū est peior: qr
ducet nos ad eternum opprobrium z duce
erimus ad patibulum. Sꝫ ꝑ viam strictam
ꝓpter pugnam z latronem times ambulare
est tibi opprobriū ꝑ perpetuo ꝙ miles es
tu: z militibus incūbit cōtra hostes pugna
re. Aliud ē. Si mecū volueris ꝑ istam viā
pgere firmiter ꝓmitto ante te ad bellum ꝓ
gere: z quotquot sūt penetrabis si velis me
iuuare: At ille. Amen dico tibi: ꝑ viā illam
nolo pergere: sꝫ potius per istā. Ait sapiēs
Ex quo fidem meam tibi dedi: z in signū
fidelitatis sanguinem tuum bibam nō solū
derelinquo te ambulare tecum pgā ambo
per eandem viam ambulauerunt. Multa
solacia ꝺm voluntatem eoꝝ inuenerunt ꝑ
viam donec ad hospicium trium militū ve
nerunt qui satis honorifice sunt recepti Ac
splendide ministrati. In q̄libꝫ refectione mi
les stultus sapienti dixit. Carissime. Nōne
tibi predixi Ecce quot z q̄nta hēmus sola-
cia i ista via de omnibus his in alia via de
fecissemus. Ille respondit. Si finis bonus
est totum bonum erit quod non spero. Cū
illis militibus per aliq̄ tpa moram traxerūt
Senascallus ciuitatis audiens ꝙ duo mili
tes contra ꝓhibitionem regis prope ciuita
tem essent: statī satellites suos ibi misit qui
eos caperent z ad ciuitatem ducerent. Se-
nascallus videns vnum stultum illum liga
tis manibus z pedibus in q̄ndam foueam
proijci iussit. alium in carcerauit. Cū vero
iudex ad ciuitatem venisset omnes malefa
ctores ciuitatis in conspectu eius sunt pse
tati: z inter ceteros isti duo milites. Ait sa-
piens miles coram iudice. Domine de so-
cio meo conqueror qr ipse est causa mortis
mee: Legem istius ciuitatis predixi z peri
cula nullo modo volebat dictis meis credē

nec acquiescere z ꝯsilijs meis adherere sed mihi respondit. Plus credo oculis meis ꝙ dictis tuis. Cum vero fide ac iuramēto ad inuicem ligati taz in ꝓsperitate ꝙ in aduersitate eramus: ideo qn̄do ipsum solum vidi pergere propter iuramentum cum eo ambulaui: z ideo causa mortis mee iste est. da ergo rectum iudicium. Ait alter miles stultus iudici. Ipse causa mortis mee est: constat toti mundo ꝙ ipse est sapiens: z ego naturaliter stultus: vnde ꝑ sapientiam suā nō tam leuiter debuisset adhesisse stulticie mee Sz qn̄do solus ambulaui Si ille insecutus me non fuisset ego ꝑ viam per quam volebat ambulare reuersus fuissem z secū ambulassem ꝓpter iuramentum quod ei prestiti: z ideo cum ipse sapiens ego vero stultus ipse est causa mortis mee. Ait iudex ambobus z primo sapienti. Tu sapiens: quia tam leuiter stulticie sue adhesisti z secutus es eum. Et tu stulte qz dictis sapientis non credidisti: sz ꝓpriam stulticiam perpetrasti: vos ambos in patibulo suspensuros iudico z sic factum est. ¶ Moralisatio

Carissimi. Iste rex ē dominus nr̄ iesus xp̄s: duo milites aīa z corpus. Anima est sapiens Corpus stultus. Isti duo in baptismo erant confederati ad inuicem. ꝙ quilibet sanguinem alterius biberet. Sanguinem alterius bibere ē quemlibet ꝓ alio in ꝑiculo se ponere: vt si caro suas voluptates voluerit habere prius debet anima ꝑ penitenciam eaz ꝯsummere ꝙ cum carne in tali periculo se ponere. Si vero anima quod absit labatur caro debet ꝓ ea ieiunijs z vigilijs pati. z hoc est sanguinem alterius bibere: nunꝙ alium in necessitate dimittere. Due vie sunt per quas veniunt. Una est penitentia. Alia mūdi gloria. Due ciuitates. vna in monte hoc est celum super firmamentum. Alia in valle. hec est infernus. Ad celum est via stricta sicut via penitentie: z pauci ambulant eam. In ista via sunt tres milites: sc3 dyabolus mundus z caro. ꝙ quicunqz voluerit ad celum pegere debet contra istos pugnare: z ꝑ viā penitentie ambulare. In ista ciuitate ē quidam senascallus sc3 deus qui omnia omnibus ꝫm merita sua affluenter dat. Unde beatus Grego. In cor hominis non ascendit etc. In via versus infernuz sunt tres milites sc3 superbia vite: concupiscentia oculorum z cōcupiscētia carnis. propter que tria peccator inuenit corpori suo delectabilia ꝓ tempore. Uia versus infernuz est plana ad ambulandum. Sed anteꝙ homo percipiat senascallus sc3 mors emittit exploratores scilicet infirmitates que cum capiant quando anima interim in inferno incarcerabit: corpus ligatur z in sepultura ponitur. Sed in die iudicij cum dominus apparuerit iudicare viuos z mortuos: tunc anima ꝯtra corpus z econuerso corpus contra animaz allegabit z iudex sc3 deus sententiam dabit: si in peccato inuēti fuerimus sine dubio ad infernum ibimus. A quo nos defendat qui sine fine viuit z regnat.

¶ De non subticenda veritate vsqz ad mortem Capitulum. lxviij.

Gordianus regnauit. In cuius regno erat quidam miles generosus qui pulcram vxorem habebat que sub viro sepius est adulterata. Accidit semel ꝙ maritus ad peregrinandū ꝑrexit. Illa vero in continenti vocauit amasium suum. Domina illa quandam ancillā habebat que cantus auium intellexit. Cuz vero amasius veniret erant tunc temporis tres galli in curia. Media nocte cuz amasius iuxta dominam iacuisset primus gallus cantare cepit. Domina cum hoc audisset ait ancille. Dic mihi charissima quid dicit gallus in cantu. Illa respondit. Gallus dicit in cantu suo ꝙ tu facis iniuriam domino tuo. Ait domina. Occidatur gallus iste. z sic factum est. Tempore debito post hec secundus gallus cantauit. Ait domina ancille. Quid dicit gallus in cantu suo. Ait ancilla. Socius meus mortuus est ꝓ veritate z ego paratus sum mori pro eius veritate Ait domina. Occidatur gallus: z sic factuz est. Post hec tercius gallus cantauit Domina cum audisset dixit ancille. Quid dicit gallus in cantu suo. Illa respōdit. Audi vide tace si tu vis viuere in pace. Ait domina Non occidatur gallus iste.

¶ Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est pater celestis: miles christus: vxor eius anima per baptismuz despō

Regina adultera occidit gallos [illegible]

fata. Ille qui eam sequitur est dyabolus qui per mundi fallacias decipit. Unde quotiens peccato consentimus adulteramus christo: Ancilla est tua consciencia que contra peccatum murmurat. et continue hominem ad bonum stimulat. Primus gallus qui cantauit certe christus est: qui primo contra peccatum arguebat. hoc videntes iudei ipsum occiderunt. Et similiter nosipsum occidimus quantum in nobis est quamdiu in peccatis delectamur. Per secundum debemus martyres intelligere. Sic erant et alij multi qui viam et doctrinam eius predicauerunt. ideo pro christi nomine et veritate neccati sunt. Per tercium gallum qui dixit. Audi vide etc. potest intelligi predicator qui debet esse solicitus veritatem pronunciando: sed diebus illis non audet veritatem dicere qui cupit pacem habere. Studeamus ergo magis deum timere veritatem pronunciando. et sic ad christum qui est veritas veniemus

De castitate
Capitulum. lxix.

Gallus regnauit prudens valde. qui quondam palacium construere volebat. Erat tunc in imperio quidam carpentarius subtilis valde. Cum quo imperator pro construendo palacio conuenit. Tunc temporis erat quidam miles: in regno qui pulcram filiam habebat. Videns prudentiam carpentarij intra se cogitabat filiam meam in vxorem ei dabo quia per sapientiam suam et artem satis laute eam promouebit. vocauit eum et ait ei. Charissime pete a me quid tibi placuerit et tibi dabo. si mihi possibile sit ita vt filiam meam in vxorem accipias. At ille: Mihi bene placet. Conuenerunt in vnum: carpentarius eam in vxorem duxit. Hoc facto mater filie generum suum vocauit et ait ei. Fili mi iam filiam meam in vxorem duxisti. Ecce istam camisiam dabo tibi quam et satis pulcram ostendit et ait. Camisia istam virtutem habet quod nunquam toto tempore vite lotione indiget. nec frangi potest nec consumi nec colore mutari quamdiu inter te et filiam meam sit amor fidelis. Si vero quod absit aliquis ex vobis matrimonium violauerit statim camisia omnes eius virtutes amittet. Carpentarius hec audiens gauisus est valde: camisiam recepit et ait. O mater quam preciosum iocale mihi dedisti: iam nullus nostrum potest matrimonium violare: quin per camisiam scietur perfectissime. Post hec infra paucos dies carpentarius ad palacium regis est vocatus vt nouum palacium construeret: camisiam secum assumpsit: vxorem in domo dimisit: cum rege moram traxit quousque palacium completum fuit. Cum in laborando fuisset admirabantur multi quod camisia semper in candore et mundicia permansit. Ait rex ad eum. Magister rogo vt dicas mihi quomodo hoc poterit esse quod cum in continuis laboribus permanes et camisia tua sine lotione et immundicia in albedine maneat. Ait ille. Scias charissime domine quod quamdiu ego cum vxore sumus fideles in amore camisia mea non indiget lotione. sed si matrimonium esset inter nos violatum camisia sicut ceteri panni lotione indigeret. Miles cum hoc audisset intra se cogitabat Si potero camisiam tuam lauari faciam. perrexit ad domum carpentarij ipso ignorante: vt eius vxorem ad peccatum solicitaret. Illa vero gratanter eum recepit de amore inordinato eam pulsauit. Que ait. Amor talis locum priuatum requirit: veni mecum et illum in cameram introduxit. Cum autem introductus fuisset illa exiuit ostium clausit et dixit. Ibidem expectabis quousque tempus habuero: quando te liberare debeo: domina ista singulis diebus eum visitauit ac pane et aqua eum sustentauit. Ille vero preces fundebat vt eum dimitteret abire: Sed illa non consentiebat. Post hec cito alij duo milites ad eam venerunt de curia regis quilibet post alium vt eam corrumperent sed eis nihil valuit. Illa in eadem camera eos inclusit. pane et aqua sustentauit: Per multos dies ibi stabant. De istis tribus militibus facta est questio et commotio in domo regis quo deuenerunt. Palacio consummato carpentarius accepta mercede domum venit: vxor eius non modicum gaudens eum honorifice recepit et quomodo se haberet diligenter inquisiuit. Ille vero bene per omnia respondit. Illa vero camisiam suam respexit. Vidensque eam satis mundam ait. Benedictus deus apparet in camisia ista quod inter nos est dilectio vera.

Qui sic ait. Charissima cum essem in palacio ↄstruendo venerunt tres milites vnus post aliuꝫ: ⁊ de camisia mea quesierunt quo modo sine lotione manebat in omni candore: eis veritatem retuli. Post hoc quo deuenerunt penitus ignoro. De coꝝ absencia facta est questio magna in curia regis. Dixit illa. Domine illi tres milites de quibus fit sermo ad me venerunt multa mihi promiserunt si eis consentirem: sed nullo modo volebam hoc attemptare. eos in camera priuata posui: ⁊ huc usqꝫ pane ⁊ aqua sustentaui. Carpentarius hoc audiens gauisus ē de fidelitate vxoris ⁊ milites a morte saluauit vt eos libere abire permisit ⁊ ambo vsqꝫ ad finem vite in vero amore ꝑmanserūt.

Moralisatio

Charissimi. Rex iste est pater celestis qui palacium habet ↄstruere: scꝫ cor humanum bonis virtutibus plenum: in quo palacio deus delectatur permanere. Iuxta illud. Delicie mee esse cum filiis hominum. Miles iste qui habet pulcram filiam est christus qui habꝫ animam pro filia. Vxor est sancta mater ecclesia. Carpentarius est bonus christianus qui istam filiam in vxorem cum camisia accepit. Camisia ista est fides nostra. Quia vt ait apo. Sine fide impossibile est placere deo. Quamdiu manet homo in hac vita in sanctitate: tamdiu fides non violatur. quid ergo sequit: certe vt erigas palacium scilicꝫ cor mundum per opa misericordie. Milites sunt supbia vite: concupiscentia oculoꝝ ⁊ ↄcupiscētia carnis. Istos tres milites cōcludere debes in camera penitentie. quousqꝫ mercedem eternam a rege eterno accipias. Quod nobis prestare dignetur.

De compunctione fidelis anime. Capitulum. lxx.

Rex quidam erat qui filiam pulcram habebat ⁊ prudentem quā pater viro tradere volebat. Illa vero votum deo fecerat ꝙ nunꝙ virum acciperet quousqꝫ tria perpetraret. Primuꝫ erat ꝙ diceret veraciter quot pedes in longitudine ⁊ latitudine ac ꝓfunditate quatuor elementoꝝ essent. Secundum ꝙ ventuꝫ ab aquilone mutaret. Tercium ꝙ igneꝫ in gremio sine lesione iuxta carnem portaret. Rex cum hec audisset fecit ista tria ꝑ totuꝫ regnum promulgari. ⁊ si quis sine defectu ista ꝑpetraret filiam eius in vxorem haberet. Multi venerunt sed defecerunt. Erat quidam miles in ꝑtibus longinquis qui cū de voto puelle audiret ad palaciū regis venit: ducensqꝫ secum famuluꝫ vnum ⁊ equū furibundum coraꝫ rege temptauit ⁊ ait. domine mi rex: filiam tuaꝫ peto in vxorē quia paratus sum ista tria ꝓmulgata soluere: ait rex. Mihi bene placꝫ: miles vero famuluꝫ suum vocauit ⁊ ait ei. In terra iaces. Cuꝫ vero sic iaceret: miles a capite vsqꝫ ad pedes mensurauit. Hoc facto sic ait regi. ecce domine in quatuor elementis vix vltra septē pedes inuenio. Ait rex. Quid hoc ad quatuor elementa. Et ille. Domine quilibet homo ⁊ omne aial ex quatuor elementis ↄponitur. ⁊ sic ꝑ famulum suū quatuor elementa mensurauit. Ait rex. Amen dico tibi satis clare ꝓbasti. Iā ad secundū ꝓcedamus Mutare ventum ⁊c̃. Ille statim equū furibundum adduci fecit: cui potōēꝫ ad gustandum dedit. de cuius potōē factus ē totaliter sanus: hoc vero facto caput equi in oriente posuit et ait. Ecce domine ventus ē mutatus ab aquilone versus orientem. Ait rex. Nonne constat vestre prudentie ꝙ vita cuiuslibet animalis non est nisi ventus quem equus paciebatur. malum tamdiu erat in aquilone: sꝫ iam ex virtute potionis sanus factus est: caput eius ad orientem posui vt sit paratus onus portare. Ait rex. Satis clare probasti. Iam ad tercium procedamus. At ille: Domine paratus sum coraꝫ omnibus adimplere. Manus suas prunis ardentibus repleuit ⁊ in sinu posuit. Et caro eius neqꝫ ꝙ est lesa. Ait rex. Satis bene duo alia probasti. Sed dic mihi quomodo glebe non ledunt te. Ait ille. Nō virtute mea sed ex virtute lapidis quem mecum continue porto: Quicunqꝫ illum lapideꝫ secum in locō mundo portauerit nunꝙ ab igne ledi poterit. Ecce lapis ⁊ lapidem coraꝫ omnibus ostēdit. Ait rex. Probabiliter ista tria probasti: nuptias ordinauit Et filiam suam cum diuitiis multum ei dedit in coniugeꝫ ⁊ ambo in vita bona dies suos finierunt.

Moralisatio

[redacted] qui nupsit [illegible]

Carissimi. Iste rex est dominus noster ihesus christus. Filia tam pulcra anima ad dei similitudinez creata que deo in baptismo votum fecerat quod nunquam viro coniungeretur nisi tria pperaret. Primum est quod mensuraret etc. hoc est famulum tuum id est carnem tuam mensurare debes quantum deliquit et pro omni delicto penaz agere: elementa mensurare scz carnem tuam domare. Secundum est mutare etc. Equus furiosus est peccator qui i peccatis permanet: vnde oportet ei potionem dare scz vt contritionez habeat in corde: confessionem in ore: satisfactionez in opere: et hoc est ventum mutare: vnde Job. Tanquam ventus in vita mea. Tercium est ignem sine lesione portare ignis luxurie auaricie superbie etc. que sepe animaz et corpus consumunt: sed si desideras vt ignis iste te non ledat oportet vt lapidez in loculo id est dominum nostrum ihesum christum in corde habeas per opera meritoria: et si inde portaueris nunquam ignis alicuius peccati ledet te et per consequens vitam eternam obtinebis.

De remuneratione eterne patrie Capitulum. lxxj.

Erat quidam rex qui conuiuium magnuz fecerat: deinde per totum regnum precones destinauit vt preconisarent conuiuium videlicet vt omnes cuiuscunque conditionis ad conuiuium venirent et non tantum conuiuium bonum haberent sed et diuitias infinitas obtinerent. Cum autem precones per regna et castra ambularent: preceptum regis promulgando erant tunc duo homines in vna ciuitate manentes: vnus fuit fortis et robustus sed tamen cecus: alter claudus et debilis sed optime viderat: dixit cecus claudo. Carissime heu nobis duobus per totum regnum diuulgatum est quod rex tali tempore optimum conuiuium tenebit ad quod non tantum quilibet habebit cibaria pro sua voluntate: sed diuitias magnas recipiet. Tu vero es claudus: ego vero cecus ad illud conuiuium poterimus ne accedere ait claudus. Si consilium meum feceris ambo ibidem veniemus: et diuitias et conuiuium sicut ceteri obtinebimus: respondit cecus. Omne consilium quod est nobis vtile sum paratus adiplere: ait claudus. Tu es fortis et robustus in corpore: ego vero debilis: quia claudus me super dorsum tuum portabis: ego vero te in viam dirigam: quia satis clare video: et sic ambo ad conuiuium veniemus et mercedez sicut ceteri obtinebimus: ait cecus. Amen dico tibi optimuz consilium est: statim ascende dorsum meum: et sic factum est: claudus viaz ei ostendit et ipse eum portauit: et sic ambo ad conuiuium venerunt: et diuitias inter alios receperunt

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est dominus noster ihesus christus qui pro omnibus nobis vitam eternam preparauit: iuxta illud. Erat quidaz homo qui fecit cenam magnam. Ad illud conuiuium multi sunt vocati: et qui ibidem accedit diuitias eternas possidebit. Cecus iste est quilibet diues ac potens huius seculi qui fortis est et potens in corpore id est diuitiis et mundi potentia: vnde ceci sunt quantum ad vitam eternam: ignorant ea que sunt salutis sicut talpa bene videt sub terra et habet multa diuerticula: sed supra cecus efficitur nec scit seipsum iuuare. Sic et diuites satis clare vident in temporalibus: et ceci sunt in spiritualibus. Claudus vero est bonus religiosus qui claudicat in vtroque pede scz nihil in communi aut proprio possidere: tamen videt talis satis clare viam versus conuiuium eternum. Si ergo vos diuites ac mundi potentes intenditis ad illud conuiuium accedere et premia ibidem accipere: necesse vobis erit religiosos ac ceteros pauperes super dorsa vestra portare. Sed diligenter est aduertendum quomodo diuites debent portare pauperes Certe elemosinas eis dando: in eorum necessitatibus subueniendo hoc est pauperes portare: et fideliter viris ecclesiasticis decimas dare. Si hec feceritis nos viri religiosi tenemur vobis viam salutis ostendere quomodo poteritis ad vitam eternam peruenire. Precones qui illud conuiuium clamabant sunt sacre pagine doctores scz predicatores et confessores qui habent nos instruere publice et priuate quomodo ad eternum conuiuium poterimus peruenire.

De ingratorum trucidatione Capitulum. lxxij.

Legitur de quodaz rege qui filium vnicum habebat quem multum dilexit ac tenerrime nutriuit. Cum

aūt puer ad etatem legitimam peruenisset de die in diem regem impulsabat vt regnū ei dimitteret eo q impotens esset ⁊ ipse potens. rex vero ait. Carissime si securus essē q me beniuole et cū honore tractares toto tempore vite me illud concederē ⁊ omnem humanitatem quam pater tenetur filio tibi prestarem: ait ille. Domine coram satrapis et nobilibus imperij iuramentum prestabo q nullum defectuz habebitis: sed in maiori honore q̄ meipsum vos habebo Rex vero credens dictis eius regnum ei dedit ⁊ nihil sibiipsi retinuit. Cum vero coronatus esset ēt in solio positus vltra q̄ credi pōt cor eius est eleuatum per aliquos annos patrez suū in honore habebat: et post hoc nec aliqua bona ei dedit. Ille vero cepit sapientibus regni conqueri q filius eius pactū non tenebat. Sapientes vero qui semper eum dilexerunt regem arguebant q male patrem suum tractaret. Rex hoc audiens furore repletus patrem suum in quodam castro reclusit vbi nullus accessū habere poterat ad eum. in quo loco famez et multas miserias patiebatur. Accidit eodez tempore q rex in eodem castello pnoctabat. Pater vero ad eum accessit ⁊ ait. O fili miserere patri tuo seni qui te genuit: et omnia dedit i hoc loco famem et sitim patior iam sum in graui infirmitate positus: et haustus vini me ꝯfortaret: ait rex. Ignoro si sunt vina in isto castro. ait ille. Imo fili quinqz dolia vini sunt in castro et sine scitu vestro senescalcus huius castri non audet ꝑforare ea ⁊ mihi haustuz dare: rogo fili des mihi de primo dolio ait rex. Non faciam quia mustum est nec valet pro senibus: at ille dixit. Des mihi ergo de secundo dolio: qui ait. Hoc non faciā hoc pro corpore meo custodiam et pro iuuenibus qui mecum sunt: at ille. Des mihi ergo de tercio dolio: qui ait. Non faciaz q2 vinum forte est et tu es debilis ⁊ infirmus posset esse causa mortis tue: ait ille. Des mihi de quarto dolio: qui ait. Non faciam: q2 nimis vetus et acetosum est et nō multū valet et precipue pro complexione tua: ait pater. Fili des ergo mihi de quinto dolio: at ille. Absit a me q2 feces sūt: satrape regni mihi imponerent q te occidisse si feces tibi dedissem. Pater hec audiens ab eo tristis recessit: et stati occulte satrapis regni literā scripsit quomodo filius eius cum tractabat vt ꝓpter deū eum a tali miseria subleuarēt Satrape omnes ei compatiebantur: statim regem receperunt et patrē sicut prius regē constituerunt. Filium aūt suum in carcerez posuerunt vbi ꝓpter miseriā defunctus est.

Moralisatio

Carissimi. Rex iste est dominus noster ihesus xp̄us. Filius quilibet christianus quem [illegible]errime diligit q̄diu homo in puritate vite manet. Omnia homini dedit que homo habet: et ipse factus est pauper s'm q testat' scriptura. Vulpes foueas habent et volucres celi ⁊c̄ sed quotidie christus famez et sitim patitur: hoc est in suis membris scz pauperibus et debilibus: vnde scriptum est. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. et cum deus petit a nobis haustum vini de primo dolio dolium illud est puericia nostra quaz deus a nobis requirit vt ei seruiamus i puericia. puer vero malus respondit. Mustū est hoc est puer sum non possum ieiunare: orare: in dei seruicio vigilare. Demū deus a nobis requirit vt demus ei de secūdo dolio: respondit malus filius. Non possū dare iuuentutem meam deo seruiendo: quia tūc mūdus deridet me dicēs. Ecce ille iuuenis homo non vult cōuersari cum hominibus: et sic iuuentutez meam mecum retinebo comedendo bibendo mūdo seruiēdo. Demū deus requirit a nobis de tercio dolio: respōdit malus filius. Vinū forte est hoc est iam sum in fortitudine mea si penitentiaz facerē fortitudinez meam diminuerem: ad bella et ad hastiludia volo accedere: ⁊ ea que mūdi sunt exercere: ac post fortitudinē penitentiā agere. Deus videns quia de istis tribus dictis doliis nihil potest hr̄e querit de quarto dolio haustū vnum: respondit malus filius Vinū nimis vetus et acetosum est hoc est dictum iam sum senex iam nō possum ieiunare vigilare: quia natura mea est debilis. Demum deus querit de quinto dolio vinū haustuz: respondit malus filius. Feces sunt hoc est dictum. Heu mihi decrepitus sum: defecit salutare meum. Dum bona potero facere non feci. Modo sum impotens: et talis etiam sepe cadit in desperationem:

et sic moritur homo miser: contra tales erit querimonia grauis: et tunc in die iudicij deus cum tota curia celesti sentenciam dabit dicens Ite maledicti in ignem eternum quod paratum est dyabolo etc: a quo nos liberare dignetur qui viuit et regnat deus in vnitate etc

Auaricia multos excecat
Capitulum.lxxiij.

Rex quidam in ciuitate romana erat qui statuit quod quilibet cecus ab imperatore omni anno centum solidos haberet. Accidit casus quod .xxiiij. socij ad ciuitatem venerunt: et quandam tabernam intrabant propter potationem. Isti enim per septem dies stabant bibendo et comedendo: deinde cum volebant cum tabernario computare quicquid in pecunia haberent tabernario dederunt: at ille. Certe carissimi adhuc deficiunt centum solidi: amen dico vobis non exibitis donec vltimum quadrantem mihi solueritis. Illi hoc audientes ad inuicem dixerunt. Quid faciemus non habemus soluere: ait vnus. Dabo vobis sanum consilium per imperatorem lex edita est quod quicunque est cecus centum solidos de eius thesauro obtinebit: ponamus inter nos sortes et super quem sors cadit eius oculos eruamus: et tunc ille ad palacium poterit accedere et centum solidos obtinere et nos omnes quitare: at illi. Optimum est consilium: inter se miserunt sortem: et super illum qui consilium dederat cecidit: statim excecabant eum et duxerunt eum ad palacium. Pulsabant ad ianuam ianitor causam pulsationis quesiuit: at ille. Ecce est vnus cecus qui beneficium legis petit: ait ianitor. Senescalco hoc dicam: accessit ad senescalcum et ait. Stat vnus cecus ad portam qui beneficium legis petit: at ille. Vadam ad eum et eum videbo: cum autem cecum vidisset eum intime respexit: quem cum considerasset ait ei. Carissime quid petis: et ille. Centum solidos secundum legem: qui ait. Amen dico tibi hesterna die vidi te in taberna duos oculos satis claros habentem tu male legem intelligis. Lex est edita quod quicunque ex infirmitate vel ex casu aliquo cecus fuerit: contra quem casum non poterit se defendere talis beneficium legis obtinebit. Sed tu voluntarie deleuisti oculos tuos et in taberna bibisti: et consilium hoc dedisti vt cecatus esses: quere ergo alibi solacium quia nullum nec obulum obtinebis. Ille vero hoc audiens cum confusione a palacio recessit.

Moralisatio

Carissimi. Talis est lex dei quod quicunque ignoranter aut ex infirmitate peccauerit aut temptatione dyabolica si contritus et confessus fuerit: iuxta illud. In quacunque hora peccator etc deus sibi peccata remittet: quilibet peccator inquantum peccator est cecus. Si vero aliquis ex pura malicia sine causa peccauerit et postea in desperationem inciderit vix aut nunquam ei remittetur. Tabernarius est dyabolus qui omnes tales ad tabernam infernalem recipit qui decedunt. Et ideo studeamus sequi dominum nostrum qui etc.

De prospectione et prouidentia
Capitulum.lxxiiij.

Erat quidam rex qui filium tantum vnicum habebat quem tenerrime dilexit. Rex iste vnum pomum aureum fieri fecit in sumptibus magnis: pomo fabricato rex vsque ad mortem infirmabatur vocauit filium suum et ait. Carissime si non potero de ista infirmitate euadere sub benedictione mea post meum decessum vade per regna et castra et pomum aureum quod feci tolle tecum quem magis stultum inueneris pomum istum ex parte mea dabis. Filius vero fideliter adimplere promisit dictum patris. Rex vero vertebat se ad parietem et emisit spiritum. Filius vero satis honorifice eum tradidit sepulture. Post sepulturam statim pomum accepit et per diuersa regna et castra ambulauit: multos stultos inuenit et vidit tamen nulli eorum pomum dedit: deinde perrexit ad quoddam regnum et ad ciuitatem principalem illius regni accessit: per medium ciuitatis regem equitantem cum magno apparatu vidit. Conditiones illius regni a quibusdam ciuibus quesiuit: at illi dixerunt ei. Consuetudo illius regni est talis quod nunquam rex inter nos regnabit nisi vno anno: et finito anno omni honore et diuitiis priuetur: et in exilium ponetur vbi mala morte morietur. Filius regis hec audiens intra se cogitabat. Iam inueni quem diu quesiui: accessit ad regem et flexis genubus eum salutauit et ait. Aue rex: pater meus defunctus est: istud

pomum aureũ in testamentũ vobis legauit. Rex vero pomũ accepit ꝛ ait ei. Carissime quomõ potest hoc esse: rex nunq̃ me vidit nec aliquid boni patri meo feci: quare ergo tam preciosũ iocale mihi dedit: ait ille. Domine mi rex: pater meus non plus vobis q̃ alteri pomum legauit: sed sub benedictione sua mihi precepit: maiori stulto dare quem potero inuenire: et sine dubio circuiui multa regna ꝛ castra ꝛ non inueni tam magnum stultum et infatuatum q̃ vos: ideo ex precepto patris mei pomũ vobis dedi: ait rex. Rogo vt mihi dicas quare me tantũ stultũ reputas: at ille. Ecce domine ostendã vobis clare. Est consuetudo illius regni per totũ annuꝫ regnare et in fine anni omni honore et diuitiis priuari ꝛ in exiliũ poni vbi mala morte mori oportet. Amen dico vobis concludo ex dictis meis q̃ in toto mundo non est tantus stultus sicut vos q̃ tam breue tẽpus regnare debetis: et post hoc tam miserabiliter vitã finire: respondit rex. Sine dubio omnia vera sunt que modo mihi dixisti et ideo dum adhuc fuero in mea potestate in presenti anno bona infinita mittam ante me in exilium vt dum ibi venero de bonis illis viuam q̃diu vixero: et sic factũ est. In fine ãni regno est priuatus et in exilium positus ibi per multos annos de bonis illis vixit et vitam suam in pace finiuit.

Moralisatio

Carissimi. Rex iste est deus qui legauit pomum aureum stultis. Per pomum rotundum intelligitur mundus iste quẽ deus dat fatuis qui magis mundũ ꝛ ea que in mundo sunt appetunt q̃ deum. Rex qui per vnum annuꝫ regnauit potest dici quilibet homo in hoc mundo existens: qui licet centum annis viuat: est tamen quasi vna hora respectu vite future: et tamen nõ desistit miser homo die ac nocte laborare: et post morteꝫ in exilium id est in infernũ ponetur si cũ peccato mortali decedat vbi mala infinita inueniet. Et pauci sunt qui de isto exilio cogitant. Faciamus ergo sicut fecit ille rex dum sumus in nostra potestate in hac vita ante nos mittamus opera misericordie: elemosinas largas: perpetrare orationes: et ieiunia facere vt post hanc vitam paradisum poterimus intrare: ꝛ sine dubio vbi inueniemus opera nostra meritoria que fecimus in hac vita: ꝛ sic regnabimus ibi cum gloria: ad quã nos perducat qui sine fine viuit et regnat ꝛc.

De cura mundi non sectanda
Capitulum. lxxv.

Olim erat quidaꝫ rex qui tres filias pulcras habebat quas tribus ducibus maritauit. Oẽs illi tres duces eodeꝫ anno mortui sunt. Rex hoc audiens volebat filias suas iterato maritare: vocauit primaꝫ filiam et ait. Carissima vir tuus mortuus est dabo te alteri viro: at illa Nullo modo hoc attemptabo: et hec est ratio mea: si deberẽ alterum virum accipere oportet vt eum tantũ diligerem sicut primũ virum aut plus aut minus diligerẽ hoc nõ potest stare: quia primus virginitatem habebat: ergo non tantuꝫ debeo eum diligere: si vero plus hoc esset maius maluꝫ: si vero minus non esset bona dilectio inter nos: q̃re concludo q̃ nullo modo volo alium virum accipere. Rex hoc audiens vocauit aliaꝫ et ait. Carissima vir tuus defunctus est copulabo te alteri viro: at illa. Domie nullo mõ hoc attemptabo: quia si virum alium acciperem reciperem eum aut propter diuitias aut fortitudinem: aut pulcritudinem. Non propter diuitias: quia abundo. Non ꝓpter fortitudineꝫ: quia amicos habeo qui me defendent. Non propter pulcritudinem: quia mihi videbatur q̃ vir meus omnium erat pulcrior in vniuerso mundo: quare ꝯcludo q̃ nullo modo virum alium accipere volo. Rex hoc audiens vocauit terciam filiam ꝛ ait. Carissima vir tuus mortuus est volo te alteri viro copulari: at illa. Nullo mõ hoc attemptare volo: quia si alium virum acciperem ille me reciperet aut propter pulcritudinem: aut diuitias. Non propter pulcritudinem: quia non sum pulcra: ergo ꝓpter diuitias me reciperet. Et si propter diuitias nunq̃ posset esse verus amor: quia destructis diuitiis amor transiret: cõcludo ergo q̃ nullo modo alium virum volo accipere. Item doctores sacre scripture dicunt q̃ vir ꝛ mulier in matrimonio coniuncti sunt vnũ in corpore et duo i anima: ergo corpus viri mei est corpus meum et econuerso ꝛc. Ad hec. Omni die possum ad sepulcrum acce

dere viri mei et ibi ossa videre: ergo virum presentem habeo: et ideo alium virum habere nolo. Rex hoc audiens amplius vt virum acciperet non instigabat.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est deus ipse. Tres enim filie sunt anima ipsa in qua relucet operatio ꝛ imago trinitatis: iuxta illud Gene. ij. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinez nostram. Imago vero trinitatis per peccatuz primi parētis erat deturpata ꝛ tribus viris tradita scꝫ dyabolo mūdo et carni. Si vero mortuus est dyabolus per christi passionez noli amplius talem virū accipere: sed semp sub christi protectione permanere cupias. Si mundus mortuus est per paupertatem voluntariam noli amplius alium virum accipere: sed permaneas sub christi ꝓtectione Si vero mortua est caro per ieiuniū et carnis macerationez noli iam amplius virum accipe: sed sub christi protectione ꝑmaneas Vel aliter potest reduci. Rex iste est deus. Tres filie tria genera hominū scꝫ potentes ac diuites huius mundi sicut sunt reges ac mundi potētes. Sapientes huius mundi sicut sunt iudices temporales et ecclesiastici viri religiosi. Perfecti christiani sic sūt qui in omnibus diuinis preceptis obediūt. Isti tres erāt in baptismo tribus ducibus copulati scꝫ patri ꝑ potēciam: filio per sapientiaꝫ spūisancto per clementiaꝫ. Si ergo isti mortui sunt id est extincti et ablati a te per peccatum tuum nunq̄ alteri labores copulari: sed cum omni diligentia fac opera misc̄die per que poteris ei reconsiliari: q2 nunq̄ aliquem inuenies qui tantuꝫ diliget. Unde est notanduꝫ ꝙ mulier accipit virū propter quatuor: q2 aut propter diuitias: aut ꝓpter pulcritudinem. aut propter fortitudinez: aut propter sapientiaꝫ. Si vero vis virū accipe ꝓpter diuitias: certe non inuenies ita diuitē sicut dominuꝫ nostrum ihesum christum: q2 dominus celi et terre est: ergo teneas eū et non alium. Si vero velis virū accipere propter fortitudinez curre ad ihesum christum: qui est fortior omni homine in celo ꝛ in t̄ra In inferno nō est aliquis qui potest ei resistere: ergo illū in virū debes accipere et nō alium. Si vero aliquem vis accipere ꝓpter pulcritudinē curre ad dominū nr̄m ihesum xp̄m qui ē pulcrior omni hoīe: vnde Ps Specisous forma pre filiis hominum: ergo illum debes habere et non alium. Si vero aliquē vis accipere propter sapientiā curre ad dominum nostrum ihesum christum: q2 ipse est sapiētior omni homie: vnde Aplūs O altitudo diuitiaꝝ sapie ꝛ scientie dei ꝛc̄. ergo illum virū accipere debes et nonaliū.

De concordia Capitulum. lxxvj.

Accidit in quadā ciuitate ꝙ erant duo medici optimi in oī scientia medicinali imbuti qui omnes ad eos venientes de quacūqꝫ infirmitate curabant ita ꝙ penitus populus ignorabat quis eoꝝ esset melior. Infra tempus erat inter eos contentio quis eorum esset maior atqꝫ perfectior: ait vnus alteri. Carissime non sit inter nos discordia nec inuidia neqꝫ ꝯtentio quis nostrum est perfectior: sed vnum faciamus et quicunqꝫ ex nobis defecerit sit ille seruus alterius: ait alter. dic mihi quod est illud: et ille. Ego duos oculos tuos de capite eruam sine grauamine et super mensā tuam ponaꝫ: et quando tibi placet in capite tuo sine lesione tua reponaꝫ. Si vero mecū hodiem per omnia feceris equales ambo simus et quilibet alterū nutriat sicut fratreꝫ suum. Si vero aliquis defecerit seruus alterius erit: at ille. Optima ꝓbatio per omnia mihi bene placet. Ille vero qui questionez ꝓposuit accepit instrumenta sua et infra oculos alius cū quodā vngento nobilissimo interius et exterius liniuit: et cū instrumēto suo duos oculos socij extraxit ꝛ super mensam posuit: et ait socio suo. Carissime quomodo tibi videtur: et ille. Unū scio ꝙ nihil video quia oculis careo ꝛ tamen nullam lesionem sentio. Sed modo vellem ꝙ oculos meos sicut mihi ꝓmisisti restitueres: et ille. Libenter attemptabo: vngentum accepit et oculos interius et exterius sicut prius inunxit et oculos suos reposuit: et ille. Carissime quid iam tibi videtur: et ille. Optime: quia in extrahendo nullam lesionem sensi: tunc dixit ille. Iam restat vt mihi simili modo ministres: qui ait. Presto sum. Accepit instrumenta sua et vngenta sua sicut ille fecerat intus et exterius liniuit: deinde

oculos eius extraxit et super mensaz posuit et ait. Carissime quid tibi videtur: et ille. Mihi videtur quod oculos perdidi: tamen nullum dolorez sensi: sed vellem libentissime quod oculos rehaberem. Cum vero ille parasset instrumēta sua vt oculos restitueret: fenestra domus erat apta: et quidaz coruus intrauit vidensqz oculos in mensa: subito vnū oculū rapuit et violauit. Medicus hoc pcipiens est contristatus totaliter: et ait intra se. Nisi oculos socio meo restituaz seruus eius ero Respiciens a longe vidensqz caprā oculum eius extraxit et in locū oculi ablati reposuit hoc facto dixit socio suo. Carissime quid tibi videtur: qui ait. Nec in extrahēdo: nec in reponendo aliquam lesionez sensi: sed vnus ex oculis meis semper sursū ad arbores respicit: et ille. Exquo ita perfecte medicinaz meam tecum feci sicut et tu mecum: modo ambo sumus equales nec inter nos sit contentio: et sic ambo post hoc ad inuicem sine cōtentione vixerunt.

Moralisatio

Carissimi. Per istos duos medicos intelligere debemus legē nouam et antiquam que ambe curabant quantum ad salutem anime. Facta est cōtentio et adhuc est inter christianos et iudeos que lex est melior et perfectior. Ad probandū veritatē quilibet oculos alterius extraxit: hoc est dictū. In lege antiq multa sunt a quibus deus extraxit sicut decē precepta in antiqua lege: sicut saluator ait. Nō veni soluere legez sed adiplere vt si aliquis hominum intendat deum videre oportet quod talis ad nouam legem recurrat: et tunicam baptismi se induat. Coruus venit et rapuit vnum oculum iudeorum vt non possent veritatem videre: et in loco huius ponebat oculum capre scz quasdā cerimonias quibus vtuntur per quas credunt deum videre: et ibunt ad tenebras exteriores vbi erit fletus et stridor dentium.

Quod ad diuitias non est anhelandum Capitulum. lxxvij.

Quidam rex erat qui duas filias habebat: vna erat pulcerrima et oībus amorosa: sed altera nigra et omnibus odiosa. Rex videns filias suas vnam pulcram aliam nigram eis nomina imposuit. pulcre filie imposuit nomen scz rosimunda: nigre filie gratie plena: deinde preconem per totuz regnū misit promulgando quod oēs venirent et filias suas in matrimoniū daret illis qui ad hoc digni cēnt. Quicunqz vero pulcrā filiam in vxorez acciperet nihil cum ea nisi pulcritudinez obtineret: sed qui nigram filiam acciperet totum regnū post eius decessum cū ea obtineret. Multi hoc audientes ad curiaz regis venerunt: et cum duas filias viderent omnes ad pulcrā filiaz currebant et eam in vxorem petebant. Gratia plena nigra filia amare fleuit: ait et ei rex. O filia ob quam rem affligitur anima tua ait illa. O domine nullus est qui me visitet nec mecum loquatur: oēs ad sororez meam currunt et omnes me despiciunt: ait pater. O filia ignoras quod oīa mea tua sunt et qui te desponsauerit regnum meum obtinebit. Illa sic cōfortata a fletu cessabat. post hec venit quidā rex ad curiā regis: et cū vidisset pulcritudinē rosimunde eam in vxorē petiit tantū cum sua pulcritudine. Rex pr puellaz ei concessit: et cum magno gaudio eam desponsauit. stabat altera filia per multos annos anteqz esset desponsata. Tandē quidaz dux nobilis sed pauper intra se cogitabat. Licet puella turpis fuerit tamen quicunqz eam habuerit regnū cum ea obtinebit: perrexit ad regem et eam in vxorez petiit. Rex vero gauisus est eaz desponsauit cū magno gaudio: et post mortem regis totū regnum cum ea obtinebat.

Moralisatio

Carissimi. Rex iste est dominus noster ihesus christus. Filia rosimunda tā pulcra est mundus iste Unde pauci inueniuntur qui non mundū super omnia appetunt: tandez nihil cum ea obtinebunt nisi suam pulcritudinez hoc est vanitatez et diuitias: et sicut pulcritudo per infirmitatem famem et senectutem anihilatur ita et diuitie huius mundi transeūt p mortē et sepe ante: et ideo fatui sunt qui mundum despōsant. Altera filia scz gratia plena que est turpis et oibus odiosa certe est paupertas quā miro modo deus dilexit: et ideo vocatur gratia plena: quia per eam deuenitur ad diuitias. Verūtamen pauci sunt qui eam desponsare volunt imo est oibus odiosa: tamē qui eam desponsauerit vitā eternā habebit.

filiabus regis pulcra et difformis

De constancia amoris mutui

Capitulum.lxxviij:

Rex quidam pulcram filiam habebat que erat duci nobilissimo desponsata cum quo pulcram prolem habebat: et maxima inter eos erat dilectio. Dux vero moritur: de cuius morte factus est planctus magnus in ciuitate. Domina vero satis honorifice eum sepulture tradidit. Post mortem amici eius ad eam venerunt vt secundo viro nuberet allegantes sibi etatem integram ac pulcritudinem suam. Domina vero respondit Virum alterum habere nolo: quia vir meus qui mortuus est erat tam bonus dulcis ac diues pre omnia qui me vltra modum dilexit. Et propter nimiam dilectionem inter nos eius mors tantum me affligit quod vt credo viuere non potero. Si vero talem virum ponamus quod inuenirem possibile esset ei ante me mori: et tunc esset mihi grauius afflictio iam habeo quod nunquam alium virum capere volo: si malum virum acciperem esset mihi graue post bonum habere pessimum.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est deus ipse: Filia anima ad dei similitudinem creata que erat nobilissimo viro scilicet domino nostro ihesu christo per virtutem baptismi desponsata qui summa dilectione nos dilexit. Quia in cruce pro nobis mortuus est: ergo virum alium pro illo non accipias: hoc est alium nunquam tamen diligas: et sic cum eo in eternum regnabis.

Quod quis nescit presumere non audebit.

Capitulum.lxxix.

Erat quidam rex qui miro modo paruos caniculos dilexerat: die ac nocte bene latrantes intantum quod in gremio suo eos quiescere permisit et ibidem pauit. Illi vero sic consueti erant in gremio eius dormire et comedere quod vix alibi esse volebant et quandoque circa collum regis pedes ponebant. Et sic rex solacium magnum et ludum cum eis habebat. Erat tunc quidam asinus qui cum omnia ista vidisset in corde suo cogitabat. Si ego cantarem et ante regem saltarem. et circa collum domini mei pedes ponerem rex daret mihi omnia fercula ad comedendum et gremium suum ad quiescendum. His cogitatis extra stabulum saltauit aulam intrauit et coram rege cantare cepit deinde hic inde saltauit et post hoc ad regem cucurrit: et pedes circa collum eius posuit: Serui hoc videntes credebant asinum in furia conuersum acceperunt eum et egregie verberauerunt: et sic ad stabulum reduxerunt.

Moralisatio

Carissimi. Rex iste est dominus noster ihesus christus. Caniculi bene latrantes sunt predicatores qui verbum diuinum bene pronunciant. Vnde digni sunt in gremio celesti quiescere. Asinus potest dici qui presumit officium predicatoris assumere verbum dei pronunciare: tamen litteraturam nec graciam ad hoc habet. Et ideo timendum est ne talis sit verberatus hoc est a domino et populo repulsus.

De versutia dyaboli et quomodo iudicia dei sunt occulta.

Capitulum.lxxx.

Erat quidam heremita qui cum in spelunca quadam iacebat Et diebus ac noctibus deuote deo seruiebat. Iuxta cellam suam erat quidam pastor ouium qui pascebat oues. Accidit vno die quod pastor erat somno oppressus: ipso dormiente quidam latro venit et omnes oues secum abstulit: Superueniens dominus ouium a pastore querit vbi erant oues Ille vero incepit iurare quod oues perdidit sed quomodo penitus ignorabat. Dominus hoc audiens furore repletus ipsum occidit. Heremita hoc videns ait in corde suo. O deus ecce homo iste culpam innocenti dedit et ipsum occidit. Ex quo ergo permittis talia fieri propter hoc ad mundum vadam et sicut ceteri vitam ducam His cogitatis ille heremitam dimisit et ad mundum perrexit. sed deus ipsum perdere nolebat: angelum in forma hominis ad eum misit vt ei associaret. Quem cum angelus in via cum eo inuenisset ait ei. Carissime quo vadis At ille Ad istam ciuitatem ante me. Angelus dixit ei. Ego in via ero comes tuus quia angelus dei sum et ad te veni: Vt simus socij in hac via: Ambo ambulabant versus ciuitatem. Cum autem intrassent hospitium a quodam milite propter dei amorem petebant

Miles vero satis gratanter eos recepit et honorifice ac splendide cum bona deuotōe in omnibus ministrauit. Miles iste tantū vnicum filium habebat in cunabulis iacentem quez multum dilexerat. Cena facta camera est aperta et lecti satis honorifice ornati pro angelo et heremita. Media vero nocte surrexit angelus et puerum in cunabulis strangulauit: hoc videns heremita intra se cogitauit. Nunquid iste erat angelus dei bonus: miles omnia necessaria propter dei amorem ei dedit: et non habuit nisi vnicum filium innocentem et iste eum occidit: Sed tamen non audebat ei quicq̄ dicere. Mane ambo surrexerunt et ad ciuitatem aliaz perrexerunt in qua in domo vnius ciuis satis honorifice erāt recepti et splendide ministrati. Ciuis iste quendam aureum cyphum quem miro modo dilexit habuit: in quo vltra moduz gloriabatur. Media nocte surrexit angelus et furatus est cyphum illum. Heremita hoc videns intra se cogitabat. Iste malus angelus est vt credo: iste ciuis nobis optime fecit: et iste ē furatus cyphum suum: tamen nihil loquebat̄ ei: quia timuit eum. Mane vero surrexerunt et p viam ambulabant donec ad quandā aquā peruenerunt vltra q̄ erat pons: pontem ascenderunt et quidā paup eis obuiabat. Ait angelus. Carissime: monstra nobis viam versus talem ciuitatem. Pauper vertit se: et cum digito viam versus ciuitatem ostendit. Cum vero vertisset se angelus subito p scapulas eum accepit et vltra pontem proiecit et submersus est pauper. Quod cum heremita vidisset ait in corde suo. Iam scio q̄ iste dyabolus est et non angelus dei bonus Quid mali fecit pauper iste et tamen eū occidit. Ab illo tpē cogitabat ab eo recedere. Verūtamen timens nihil loquebat̄ ei. Cū vero circa horam vespertinam ad ciuitatez peruenissent ad domum cuiusdam diuitis accesserunt et hospitium p dei amore petebāt Ille vero simpliciter eis negauit. Ait angelus dei. Amore dei saltem tectum domus nobis concedatis ne lupi et male bestie hic nos deuorent. Ille ait. Ecce domus vbi iacent porci mei: si placet vobis cum eis iacere potestis sinautem recedatis qr aliū locū vobis nō dabo. Ait ei angelus. Si aliud nō potest fieri cum porcis vestris iacebimus: Et sic factum est. Mane vero surrexerūt Angelus hospitem vocauit et ait. Charissime do tibi cyphum istum: et dedit ei cyphuz quem furatus fuerat ab illo ciue. Heremita hoc videns ait intra se. Iam sum expertus q̄ iste est diabolus. Bonus homo erat qui cum omni deuotione nos recepit et furatus est ei cyphuz et dedit isti pessimo qui negauit nobis hospicium. Ait angelo. Nolo vobiscum amplius expectare ad deum vos recommendo Angelus dixit ei. Audito me et tunc recedito.

Expositio

Charissimi. Quando eras in heremitario dominus ouium pastorē iniuste occidit: scias q̄ pastor ille pro tunc mortem non meruit sed alias cōmisit quare mori non deberet: tunc temporis inuentus est sine peccato deus ergo permisit eum occidi vt penam post mortē euaderet propter peccatum quod alias commisit p quo nūq̄ penitentiam faceret. Latro vero qui euasit cum ouibus penam eternā sustinebit: et dominus ouium qui pastorem occidit vitam suam emendabit per largas elemosynas et opa misericordie. qr ignoranter fecit. Deinz filium illius militis de nocte strangulaui qui nobis bonum hospitiū dedit. Scias q̄ anteq̄ puer ille natus erat miles optimus elemosynarius erat et multa opa misericordie fecit. Sed postq̄ natus est puer factus ē parcus cupidus et omnia collegit vt puerum diuitem faciat sic q̄ erit causa perditionis eius: et ideo puerum occidit. Et iaz sicut prius factus est bonus christianus. Deinde cyphū illius ciuis qui nos cuz deuotione recepit furatus fui. Scias tu q̄ anteq̄ cyphus ille erat fabricatus non erat sobrior eo in tota terra: sed tantum de cypho gaudebat post fabricationem q̄ omni die tantum de eo bibebat q̄ bis aut ter omni die fuit inebriatus. et ideo cyphum abstuli: et factus est sobrius sicut prius. Deinde pauperem in aquaz pieci. Scias q̄ pauper iste bonus christianus fuit: sed si ad dimidium miliare ambulasset alium in peccato mortali occidisset: sed iam est saluatus et regnat in celesti gloria. Deinde cyphum illius ciuis dedi illi qui nobis hospitium negauit. Scias q̄ nihil in terra fit sine causa.

Ipse nobis concessit domum porcorum: & ideo cyphum ei dedi: & post vitam regnabit in inferno. Pone ergo amodo cu stodiam ori tuo vt deo non detrahas. Ipse enim omnia nouit. Heremita hoc audiens cecidit ad pedes angeli & veniam petijt: & ad heremitam perrexit & factus est bonus christianus.

De mirabili diuina dispensatione & ortu beati Gregorij pape

Capitulum.lxxxj.

Marcus regnauit prudens valde: qui tantum vnicum filium & filiã habebat quos multum dilexit: cũ vero ad senectutem peruenisset infirmitas grauis eum apprehendit. Qui cum vidisset ꝙ viuere non posset fecit vocari omnes satrapas imperij & ait. Carissimi scire debetis ꝙ hodie spiritum deo debeo reddere nõ habeo nauis periculum in anima mea ꝙ̃ ð filia mea ꝙ eam matrimonio non tradidi: & ideo tu fili qui heres meus es tibi precipio sub mea benedictione vt eam maritari facias tam honorifice sicut decet: & medio tpe sicut teipsum omni die in honore eam habeas. His dictis vertit se ad parietem. & spiritum emisit. De cuius vero morte planctus magnus factus est in ciuitate: satis honorifice eum sepulture tradiderunt. Post hoc vero filius satis prudenter incepit regnare: & sororem suam in omni honore habere quã miro modo dilexit intantum ꝙ omni die licet nobiles secum essent in mensa in vna cathedra ex opposito eius sedebat & ad inuicẽ comedebant: & in eadem camera lectis separatis iacebant. Accidit vna nocte ꝙ temptatio grauis eum accepit ꝙ videbatur ei spiritum emittere. nisi cum sorore sua libidinem suam posset implere: de lecto surrexit: & ad sororem suam perrexit: quam dormiẽ tẽ inuenit & excitauit eam. Illa sic excitata ait. O domine: ad quid venisti illa hora qui respondit. Nisi tecum dormiam amitto vitam meam. Que ait. Absit a me tale peccatum perpetrare: ad memoriam reducito quo modo pater noster te honorauit sub sua benedictione ante mortem suam ꝙ me honores in omni honore: si tale peccatum perpetrares offensionem dei non euaderes: nec hominum ꝯfusionem. At ille Quomodocũ qȝ fiat voluntatem meam adimplebo: dormiuitqȝ cum ea. Hoc facto ad propriũ stratum rediit. Puella vero amare fleuit: consolari nolebat. Imperator vero quantũ potuit solaciũ ei prebebat & miro modo eam dilexit. Post hoc vero circa dimidiũ annũ illa in cathedra sedebat in mẽsa: frater eius eam intime aspexit & ait. Carissima: quid tibi est: iam facies tua est mutata in colore et oculi tui in nigredinem mutantur. At illa. Mirum non est: quia sum impregnata et per consequens confusa. Ille hoc audiens vltra ꝙ̃ credi potest contristatus est: fleuit qȝ amare & ait. Pereat dies in qua natus sum quid faciam ego penitus ignoro. Que ait. Domine fac ꝯsilium meum & post factum non penitebis Nos non sumus primi qui grauiter deum offenderunt. Hic prope est vnus miles senex consiliarius patris nostri: de cuius consilio pater noster semper ẽ operatus. Vocetur ille & sub sigillo cõfessionis omnia ei dicemus: ille vero vtile consilium dabit nobis ꝙ satisfaciemus deo & opprobrium mundanum euadere poterimus. Ait rex: Mihi bene placet sed studeamus primo deo reconciliari. Cõfessi sunt ambo corde puro cum contritione magna. Facta confessione miserunt pro milite & totũ priuate cum fletu retulerunt. At ille. Domine ex quo deo estis reconciliati audite consiliũ meum vt confusionem mundanam euadere possitis. Pro peccatis vestris ac patris vestri terram sanctam debetis visitare Et tali die omnes satrapas regni vestri in presentia vestra conuocare. Deinde hec verba p ordinem dicere. Carissimi terram sanctam visitare volo nullum heredem preter sororem vnam habeo sicut scitis cui in absentia mea sicut corpi meo debetis obedire: & post hoc mihi coram omnibus dicere: & tibi charissime dico sub pena vite tue vt sororis mee custodiam habeas. Ego vero manucapio tã priuate & secure custodire eam: ꝙ nullus tpe partus nec ante nec post de casu vestro sciet: nisi tantum vxor mea que debet ei ministrare cum manibus proprijs. Ait rex. Bonum est consilium Omnia adimplebo que mihi dicitis. Statim fecit omnes satrapas conuocari: & omnia a principio vsqȝ ad finẽ sicut superius scriptum est per consiliũ mili

ris adimpleuit. Cum omnia verba consummasset vale omnibus fecit: ad terram sanctam perrexit. Miles vero dominam sororem regis ad castrum suum duxit. Cum autem vxor militis hoc vidisset domino suo occurrit & ait. Domine mi reuerende quis est domina ista. Qui respondit. Domina nostra soror regis est. Jura mihi per deum omnipotentem sub pena vite tue vt quidquid tibi dixero omnino habebis in secreto. At illa. Domine presto sum. Cum autem intrasset ait miles. Domina nostra per dominum nostrum regem est impregnata: quare tibi precipio vt nulla creatura ministret ei excepta tua persona. ita vt principium medium & finis omnia sint secreta. At illa. Domine omnia ista fideliter adimplebo. Domina ad cameram priuatam est introducta & satis splendide ei ministrabatur. Cum tempus pariendi adesset filium formosum peperit. Miles cum hoc audisset ait domine. O domina carissima bonum est ac vtile sacerdotem vocari vt puerum baptisset. Que ait. Deo meo voueo quod ille qui est inter sororem & fratrem genitus per me baptismum non habebit. Ait miles. Scitis graue peccatum est inter vos & dominum meum commissum nolite propter hoc animam pueri occidere. Ait domina. Votum voui quod firmiter tenebo: sed tibi precipio quod mihi dolium vacuum apportes. Qui ait. Presto sum: dolium secum ad cameram portari fecit. Ille vero decenter puerum in cunabulo reclinauit & in paruis tabellis hec que sequuntur scripsit. Carissimi scire debetis quod puer iste non est baptisatus quia inter fratrem & sororem est genitus: ideo propter dei amorem baptisetur: et sub capite eius pondus thesauri inuenietis cum quo ipsum nutriri faciatis. ad pedes argenti pondus cum quo studium exerceat. Cum omnia ista erant scripta tabellas in cunabulo sub latere pueri ponebat aurum sub capite: argentum ad pedes: Deinde cum pannis sericis ac deauratis cunabulum cooperuit. Hoc facto militi precepit vt cunabulum infra dolium poneret: & in mari proijceret vt nataret vbicunque deus disponeret. Miles vero omnia adimpleuit. Cum dolium in mari proiectum fuisset miles tam diu iuxta mare stetit quousque dolium natare videret. Hoc

facto ad dominam rediit sed cum iuxta castrum suum venisset nuncius regis de terra sancta ei obuiabat & ait ei. Carissime vnde venis. Qui ait. De terra sancta venio: Ait ille. Quales rumores habetis. Et ille. Dominus meus rex mortuus est & corpus suum ad vnum de castris suis ductum est. Miles hoc audiens fleuit amare. Vxor eius superueniens cum de morte imperatoris audisset vltra quam credi potest dolebat. miles surrexit & ait vxori sue. Nolito flere ne domina nostra percipiat: nihil ei dicemus quousque a puerperio resurgat. Miles enim post hos sermones ad dominam intrauit: vxor eius sequebatur eum. Cum domina eos respexisset: & eos desolatos perpendit. ait charissimi propter quam causam estis tristes. ait illi. Domina non sumus tristes sed potius gaudentes: quia liberati estis a graui periculo in quo fuistis. Ait illa. Ita non est indicate mihi nolite aliquid celare a me siue bonum siue malum. Ait miles. Quidam nuncius de terra sancta venit de domino nostro rege fratre vestro qui narrat rumores: que ait vocetur nuncius. Qui cum venisset ait ei domina. Quomodo est de domino meo: Qui respondit. Dominus vester mortuus est: & eius corpus de terra sancta translatum est ad castrum suum vt cum patre vestro sepeliretur. Domina cum hoc audisset ad terram cecidit. Miles videns dolorem domine: in terram iacuit: vxor militis cum eis ac nuncius. Omnes isti per magnum spacium iacebant: in eis pre magno dolore non est vox neque sensus. Domina vero post magnum spacium surrexit: crines capitis traxit: faciem vsque ad sanguinis effusionem dilacerauit & alta voce clamauit. Heu mihi pereat dies in qua concepta eram. Nox illa non numeretur in qua sum nata. Quantas habeo iniquitates &c. In me sunt completa: perijt spes mea fortitudo mea: frater meus vnicus dimidium anime mee: quid faciam ego de cetero penitus ignoro. Surrexit miles & ait. O domina charissima audite me. Si propter dolorem teipsam necaueris totum regnum peribit. Tu sola es derelicta & iure hereditario regnum tibi debetur. Si ergo teipsam occideris regnum ac predium extranieos consolabit. Surgamus & ad locum vbi corpus iacet

accedamus ⁊ honorifice eum sepeliemus. Deinde studeamus quomodo imperium regere debemus. Illa vero ex verbis militis confortata surrexit: ⁊ cuꝫ honesta comitiua ad castrum fratris sui accessit. Cum auteꝫ intrasset corpus regis sup̄ feretrum inuenit sup̄ corpus cecidit. A planta pedis vsqꝫ ad verticem osculata est eum. Milites videntes nimium dolorem in ipsa de funere dominam retraxerunt. ⁊ in cameram introduxerunt: ⁊ corpus satis honorifice sepulture tradiderunt. Post hoc quidam dux burgūdie solennes nuncios ad eam misit: vt ei in vxorem ꝯsentiret. Illa vero statim respondit. Quamdiu vixero virum non habeo: nūcij hoc audientes voluntatem eius domīo nunciabant: dux hoc audiens indignatus ē ꝯtra eam ⁊ ait: si eam habuissem rex illius regni fuissem: sed ex quo me vilipendebat: de regno suo parum gaudebit: exercitū collegit: regnum intrauit comburebat ⁊ occidit infinita mala perpetrabat: ⁊ victoriaꝫ in omni bello obtinuit: Domina ad quandaꝫ ciuitatem bene muratam fugam petijt: In qua erat castrum fortissimum ⁊ in ea per multos annos permansit. Jam ad puerum ꝓiectum in mari redeamus. Doliuꝫ cuꝫ puero per multa regna transijt quousqꝫ iuxta cenobiuꝫ monachoꝝ ꝑuenit: ⁊ hoc feria sexta: Eodem die abbas illius monasterij ad litus maris ꝓcessit ⁊ piscatoribus ait Carissimi estote parati ad piscandum. Illi vero rethia sua parabant: dum vero sic prepararent dolium cum fluctibus maris ad t̄ram peruenit: ait abbas seruis suis: ecce dolium aperiatis ⁊ videatis quid ibi lateat: illi vero dolium aperuerunt ⁊ ecce puer paruus preciosis pannis inuolutus abbateꝫ respexit ⁊ risit abbas vero totaliter de visu cōtristatus ait. O deus meus quid est hoc ꝙ inuenimus pueꝝ in cunabulo: proprijs manibus eum leuauit: tabellas sub latere eius inuenit: quas mater ibideꝫ posuit ⁊ legit ꝙ puer ille inter fratrem ⁊ sororem esset genitus: nec baptisatus: sed propter dei amoreꝫ petitur vt sacramentum baptismi ei daret: Deinde cum auro quod ad caput eius inueniret nutriret: ⁊ ad pedes argentum per quod studium exerceret. Abbas cum hec legisset ⁊ cunabulum preciosis pannis ornatum vidisset intellexit ꝙ puer de nobili sanguine esset: statim eum baptisari fecit: ⁊ ei proprium nomen imposuit Gregorius: Et pueꝝ ad nutriendum vni piscatori tradidit: Dansqꝫ ei pondus quod inuenit. Puer v̄o crescebat ⁊ ab omnibus est dilectus quousqꝫ septem annos in etate ꝯpleuisset. Abbas statim ad studium eum ordinauit: In quo miro modo ꝓfecit: ita ꝙ omnes monachi cenobij tanq̄ suum monachuꝫ dilexerūt Puer vero infra pauca tp̄a omnes in sciētia transcendit. Accidit quodam die vt cum filius piscatoris cum pila quadam luderet: ⁊ dictum piscatorem patrem suum esse credidit a casu filium piscatoris cum pila lesit: Ille sic ꝑcussus a nare fleuit: domum prexit: matri conquestus est dicēs. Gregorius frater meus me ꝑcussit: mater hec audiens foras exiuit: ⁊ dure arguebat eum dicens: O gregori qua audacia filium me ꝑcusisti cum tamen qualis sis ⁊ vnde ignoramus: At ille. O mater dulcissima nonne filius tuus ego sum. quare talia mihi improperas: Que ait. Filius meus non es ⁊ vnde sis ignoro: sed tamen vnum scio ꝙ quodam die in dolio inuentus fuisti: abbas te mihi ad nutriēdum dedit. Ille cum hoc audisset fleuit amare. Ad abbatem perrexit: ⁊ ait. O doīe mi diu vobiscum steti credebam me filium piscatoris fuisse: cum tamen non sum: ⁊ ideo parentes meos ignoro: si placet me ad militiam ꝓmoueatis: quia hic amplius non manebo: ait abbas. O fili noli talia cogitare: Omnes monachi in domo existentes miro modo te diligunt, intantum ꝙ post decessuꝫ meum in abbatem te ꝓmouebunt. At ille. Domine sine dubio non expectabo donec ad parentes meos peruenero. Abbas hec audiens ad thesaurum suum accessit: ⁊ tabellas quas in cunabulo suo inuenit ei ostēdit dicens. Nunc fili lege interius ⁊ qualis es clare inuenies. Cuꝫ vero legissꝫ ꝙ inter fratrem ⁊ sororem esset genitus ad terram cecidit ⁊ ait. Heu mihi quales parentes habeo: ad terram sanctam pergam ⁊ pro peccatis parentum meoꝝ pugnabo. ⁊ ibi vitaꝫ meam finiam. Peto ergo domine instant̄ vt me ad militiam ꝓmoueatis: quod ⁊ abbas fecit. Cū aūt licentiam de recessu recedit factus est magnus planctus in cenobio

dolor in populo: z in circuitu lamentatõ: ad mare se transtulit z conuenit cuz nautis vt eum ad terram sanctam ducerent. Cum vero nauigassent ventus erat eis oppositus: z subito ducti sunt ad eandem ciuitatez In qua erat mater eius in castro. Qualis quoqz ciuitas erat aut quod regnum naute penitus ignorabant. Cũ aũt ciuitatem miles intrassz quidaz ciuis ei occurrebat z ait ei. Domine quo tenditis. Et ille. Hospicium quero. Ciuis vero ad domũ suaz eũ cuz tota familia sua duxit: z splẽdide eis ministrauit: cum vero in mensa sederent dominus Gregorius hospiti dixit. Domine q̃lis est ciuitas ista. z quis dominus istius terre: ad ille: carissime: vnum virum valentẽ impatorem habuimus qui mortuus ẽ in terra sancta qui nullum heredem preter suam sororem post se dereliquit. Quidaz dux eam in vxorem petijt que nullo modo copulari intendit. Ille ex hoc indignatus totũ r̃gnum istud excepta ciuitate ista manu forti acquisiuit. Ait miles. Nũquid secretũ cordis mei potero secure propalare. At ille. Dñe etiaz cum omni securitate. Qui ait. Miles sum per gladium si placet die crastina ad palaciũ pgas: z cum senascallo sermonem de me facias q̃ si salarium mihi dederit p iusticia domine isto anno pugnabo. Ait ciuis Non dubito domine quin de aduentu tuo gaudebit toto corde. die crastina ad palaciũ pgam: z finem huius rei faciam. Mane surrexit ad senascallũ prexit z de aduentu eius intimauit. ille non modicũ gaudens p domino Gregorio nunciũ destinauit. Cuz cum vidisset domine est presentatus z multum ꝯmendatus. Quem cum vidisset intime respexit eum: sz q̃ erat filius eius penitus ignorabat: ipsa eum submersum a multis annis credidit. Senascallus in presentia domine eum ꝯduxit vt p integrum annum ei ministraret. Die crastina ad belluz se parauit: adest dux in campo cum exercitu magno Dominus Gregorius bellum aggredit̃ omnes penetrauit quousqz ad ducem puenit. quem in eodem loco occidit z caput eius amputauit z victoriam obtinuit. Miles post hoc de die in diem pficiebat: fama eius vndiqz circuibat sic q̃ anteq̃ annus fuisset completus totum regnũ a manibus inimicoꝝ acquisiuit. Deinde ad senascallũ venit z ait. Carissime vobis cõstat in quo statu vos inueni z ad quez statum duxi: rogo ergo tradite mihi solarium q2 tendo pergere ad aliud regnum: ait senascallus. Domine plus meruisti q̃ ex conuentione tenemur tibi. Ideo ad dominam nostram pergo vt de statu ac mercede finem faciã. Cũ aũt ad dominam venissz ait. O domina carissima dicam vobis aliqua verba pficua. ex defectu capitis omnia mala sustinemus virum accipe per quem poterimus de cetero securi esse. Regnum vestrum in diuitijs abundat: z ideo virum pter diuitias accipere non cõsulo. Unde ignoro vbi melius ad honorez vestrum z ꝯmodum totius populi poteritis virum accipere q̃ dominum Gregorium. Illa vero solebat semp respõdere voueo deo q̃ nũq̃ copulabor viro. Sz ad verbum senascalli diem deliberationis ꝯstituit ad respondendum. Adest vero dies cunctis audientibus domina dixit. Ex quo dominus gregorius nobis valide z regnuz nostrum de manibus inimicoꝝ liberauit eũ in virum accipiã. Hec audientes gauisi sũt valde. Diem nuptiaꝝ ꝯstituit. Ambo cum magno iubilo z ꝯsensu totius imperij i matrimonio sunt coniuncti. Filius cum matre propria: sed quales essent vterqz ignorabat Facta est inter eos dilectio magna. Accidit q̃dam die q̃ dominus Gregorius ad venãdum perrexit: ait quedam ancilla domine: O domina charissima nunquid dominum nostrum regem in aliquo offendistis. Que ait: in nullo. Credo q̃ in mundo non inueniuntur duo ad inuicem ligati in matrimonio qui tantum se diligunt mutuo sicut dominus z ego. Sz dic mihi carissima quare ptulisti talia verba. At illa. Omni die quãdo ponit̃ mensa dominus noster rex illam cameram priuatam intrat letus sed cũ exierit lamentationes z fletus emittit. Deinde faciem lauat: sed q̃re hoc fit penitus ignoro Domina cum hoc audisset cameraz illam solam intrauit: de foramine in foramen intime respexit donec ad illud foramen venit: in quo tabelle erant quas singulis diebus legere solebat q̃ño inter fratrem z sororem genitus esset: z tunc amare fleuit. Ille eniz erant tabelle que in cunabulo suo erant in

uente. Domina vero cum tabellas inuenis set statim noticiam illarum habebat. Aperuit scripturam legit de manu propria. intra se cogitabat: numquam homo iste: ad tabellas venisset nisi filius meus esset. Incepit alta voce clamare et dicere. Heu mihi quod sum nata in mundo et ita vtinam in die conceptionis mee extincta fuisset mater mea. Cum esset in aula clamor. audientes milites domine: ad dominam cucurrerunt cum ceteris: et illam iacentem in terram inuenerunt: et per longum tempus circa eam steterunt. antequam verba ab ea habere potuerunt. deinde os aperuit et ait: Si diligitis vitam meam statim dominum meum querite. Milites hoc audientes statim equos ascenderunt et ad imperatorem equitabant et dixerunt ei. Domine regina in periculo mortis iacet. Ille hoc audiens lusum dimisit et ad castrum preexit: cameram in qua domina iacuit intrauit: domina cum illum vidisset ait. O domine omnes exeant preter vos vt nullus audiat que vobis dixero. Cum autem omnes essent expulsi ait domina. O carissime de qua progenie es tu dicito mihi: qui ait Ista est mirabilis questio: scias sine dubio quod de longinqua terra sum ego: et illa: deo voueo quod nisi dixeris mihi veritatem me morientem videbis: qui ait: ego dico tibi quod pauper eram nihil habens preter arma mea cum quibus et totum regnum a seruitute liberaui: At illa. dic mihi modo de qua terra es oriundus: et qui erant parentes tui: et nisi veritatem dixeris numquam cibum gustabo: et ille: vobis de veritate fateor. Quidam abbas ab infantia me nutriuit et mihi sepius dixit quod in quodam dolio me inuenit infra cunabulum Ex illo tempore vsque in presens me nutriuit quousque ad partes istas veni: domina cum hec audisset tabellas ei ostendit et ait: nunquid istas tabellas nosti: Ille cum tabellas vidisset ad terram cecidit: illa vero ait. O fili dulcissime: tu es filius meus vnicus: tu es maritus meus et dominus meus: tu es filius fratris mei: et meus. O fili dulcissime in dolio cum istis posui te postquam peperi te. Heu mihi quare de vulua eduxisti me deus meus quia tot mala sunt per me perpetrata: fratrem meum proprium cognoui et te ex me genui: vtinam consumpta essem ne oculus me videret et fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Ad murum caput percussit: et ait. O domine deus meus ecce filius meus maritus meus et filius fratris mei. Ait dominus Gregorius. Credebam me euasisse periculum et iam in rethe dyaboli cecidi: dimitte me domina vt plangam miseriam meam: ve mihi ve ecce mater mea: amica mea: vxor mea. Ecce sic dyabolus conclusit me: mater cum in filio tantum dolorem vidisset ait. O fili dulcissime pro peccatis nostris peregrinabor toto tempore vite mee: tu vero regnum gubernabis qui ait. Non fiet ita in regno: mater: expectabis: ego vero peregrinabor donec a deo peccata nostra sint dimissa: de nocte surrexit lanceam suam fregit: vestimentis se induit: peregrini matri valefecit: et nudis pedibus ambulauit quousque extra regnum peruenit Deinde ad quandam ciuitatem in noctis obscuritate venit ad domum vnius piscatoris a quo hospitium pro dei amore petiuit. Piscator eum diligenter respexit: et cum membrorum decentiam et corporis dispositionem vidisset: ait ei. Carissime verus peregrinus non es hoc bene apparet in tuo corpore. Ait ille Licet verus peregrinus non fuero hospitium tamen dei amore nocte ista peto: vxor piscatoris cum eum vidisset pietate mota preces fundebat pro eo vt introduceret. Cum autem introductus fuisset retro ostium grabatum parari iussit: piscator pisces cum aqua ei dedit et panem: et inter cetera ei dixit. Tu peregrine si sanctitatem cupis inuenire loca solitaria debes accedere. At ille: domine libenter hoc attemptarem sed solum talem locum ignoro. Qui ait. Die crastina mecum pergas: et ad locum solitarium te ducam: et ille: deus sit tibi merces. Mane vero piscator peregrinum excitauit. intantum enim festinabat quod tabellas suas preas retro ostium dimisit: piscator cum peregrino mare intrauit per .xvj. miliaria in mari nauigabant donec ad quandam rupem peruenit habens circa pedes eius compedes qui sine claue non poterant aperiri. Sed postquam compedes serasset claues in mari piecit. Deinde domum rediit. Peregrinus iste per decem et septem annos in penitentia remansit: accidit quod papa moritur: ipso mortuo venit vox desuper de celo dicens: querite hominem dei et illum in vicarium meum constituatis nomine gregorium. Electores hoc audientes gauisi sunt

valde. Nuncios per diuersas partes mūdi miserunt vt eum quererent. Tandem in domo piscatoris hospitati sunt. Cum vero in cena fuissent piscatori dixerunt. o carissime multum vexati sumus per regna ꝛ castra: querendo vnum sanctum virum noīe Gregorium quem in summum pontificem constituere debemus ꝛ nō inuenimus. Ille vero cum de peregrino fuisset recordatus ait Iaz sunt. xvij. anni ꝙ vnus peregrinus nomine Gregorius in domo ista est hospitatus quem ad quandam rupem in mari duxi ꝛ ibidem dimisi. Sed scio ꝙ a multo tpe mortuus est. Accidit ꝙ eadem die pisces cepit: ꝛ cum piscem extraxisset claues quas ante decem ꝛ septem annis in mare proiecit infra piscem inuenit. Statiz alta voce clamauit o carissimi videte claues quas in mare proieci: vt spero de labore vestro non eritis frustrati. Nuncij hec audientes ꝛ videntes gauisi sunt valde. Mane vero surrexerunt piscatorem rogabant vt eos ad rupez duceret: quod ꝛ factum est. Cum autez ibidem venissent ꝛ cum vidissent dixerunt. O gregori homo dei ad nos pge ex parte dei omnipotentis ad nos ascende: quia dei voluntas est vt eius vicarius in terris constitutus sis. At ille. Quod deo placet eius voluntas fiet. Illum extra rupem duxerunt. Anteꝙ ciuitatem intrauit omnes campane ciuitatis per se pulsabant. Ciues hec audiētes dixerunt. Benedictus altissimus iaz venit qui christi vicarius erit Omnes ei obuiam processerunt: ꝛ cum magno honore eū receperunt: ꝛ christi vicarium constituerūt. Beatus Gregorius in vicariatu constitutus in omnibus laudabiliter se habebat: fama eius per orbem volabat: ꝛ ꝙ tam sanctus cristi vicarius cōstitutus erat. Multi ex omnibus partibus mundi veniebant: vt eius consilium ꝛ auxilium haberent. Audiens vero mater eius ꝙ tam sanctus homo christi vicarius factus esset intra se cogitabat vbi iam melius potero accedere ꝙ ad istum sanctum virum ꝛ vitam meam ei intimare. Uerumtamen ꝙ esset filius eius et maritus penitus ignorabat. Ad romaz perrexit ꝛ christi vicario est confessa: ante confessionem neuter alium cognouit. Sed papa cum confessionē matris audisset noticiā eius p omnia habebat ꝛ ait. O mater dulcissima vxor ꝛ amica dyabolus credebat nos ducere ad infernū ꝛ nos euasimus dei gratia. Illa hec audiens ad pedes eius cecidit ꝛ pre gaudio amare fleuit: Papa vero de terra eā leuauit ꝛ in eius nomine monasterium constituit in quo eam abbatissaz fecit ꝛ infra pauca tempora ambo animas deo reddiderunt.

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est dominus noster iesus christus qui sororem suam. id est animaz: fratri. id est homini qui homines xpifideles sumus eius fratres: ꝛ anima est soror ꝛ dei filia sed inquantum anima homini coniungitur caro dicitur proprie eius soror. In principio caro habet animam in omni honore. dum contra eam nihil quod displiceat deo agit. tenetur eam ex precepto diuino nobili viro maritari scz deo per opera misericordie. Isti duo corpus ꝛ anima mundo se diligunt: intantū ꝙ in vna camera iacent hoc est in vno corde in vna mente ꝙdiu dei precepta perpetrāt: ꝛ in vna scutella comedūt: hoc est in vna voluntate se disponunt quando baptismum receperunt ꝛ pompis dyaboli renunciabant Sz heu ꝛ prochdolor homo sepe ex instigatione dyaboli sororē violat hoc est animam cuz vicijs ꝛ concupiscētijs corrumpit ita ꝙ impregnatur ꝛ parit filium. Per filium istum intelligere debemus totum genus humanum quod a primo parente procedebat. Adam enim erat filius dei primogenitus cui debebatur regnum istius mundi. Iuxta illud Psalmi. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues ꝛ boues vniuersas insuper ꝛ pecora ꝛc. Sz iste in mandatis habuit filiam dei sororem eius scilicet animam in omni honore. Ille vero per dyabolum deceptus corrupit eaz quando de pomo comedit. Unde filius scz totum genus humanum ab eo processit. ex in dolio ex sensu militis scilicet spiritussancti missus. id est. in miseriam maris huius mundi scilicet proiectus vbi natabat p multa tempora. Primus pater mortuus erat: ꝛ ad infernuz descendit: derelicta est anima nuda. Et ideo dux scilicet dyabolus euz inuasit quousqz filius dei venit scilicet deus

et domo: et liberauit non solum matrez sed et totum regnum id est genus humanū per suam passionem: quia contra ducem id est dyabolum pugnauit: et victoriaȝ obtinuit: et terram amissam scȝ paradisum nobis recuperauit. Post hec matrez suā id est sanctā ecclesiam desponsauit: per quaȝ tabelle erāt scripte id est decem precepta que moyses a deo recepit. Illa singulis diebus debemus videre: et in cordibus nostris reprimere: et sacram scripturā respicere legere et intelligere: vbi inueniemus quō iste sanctus iob terre loquebatur dicēs. Pater meus es et soror mea vermibus: si istud intime cogitare volumus materiam flendi habemus. Sed querendū ē nobis: quis traxit nos de dolio Certe abbas id est deus ipse per filium suū vnigenitū quotidie nos trahit ꝑ suaȝ grām de miseria peccati: et dat nos ad nutriendū piscatori. Piscator iste potest dici quilibet prelatus qui habet peccatorē in bonis operibus nutrire: et eum ad christi militiā promouet: tunc poterit inī monachos scȝ sctōs viros conuersari et sanctus esse: iuxta Ps Cum sancto sanctus eris: et cū etc. Deinde per nauē ecclesie scȝ ꝑm eius precepta transire: et viriliter pugnare contra dyaboluȝ: et per ꝯsequens ad magnas diuitias ꝑuenire Diuitie iste sunt virtutes per quas anima ditatur que recipitur in domo ciuis scȝ prelati: et prelatus eum ducit ad senescalluȝ id est confessorez per quem dirigitur ad viam salutis: et quare: quia pugnat ꝓ domina id est anima. Sed sepe contingit ꝙ homo recidiuat ꝑgit ad venandū scȝ mundi vanitatez Domina scȝ aīa dolet quando de tabellis scriptis id est de trāsgressionibus ꝑpetratis recordatur: et ideo milites id est oēs sensus tenentur hominem a ludo mundi reuocare imo deus ipsum vocat dicēs. Reuertere reuertere reuertere etc. Sed quando hō videt animaȝ per peccatum prostratā debet se ad terraȝ proiicere hoc est ad oēm humilitatē se parare: vestimenta id est vicia deponere et lanceā male vite per ꝯfessionez frangere et sic pegrinando in bonis virtutibus ꝑgere donec ad domum piscatoris scȝ prelati perueniat: de cuius ꝯsilio ad rupem penitentie includi debes quousqȝ nuncij id est viri ecclesiastici cum penitentia fuerit consūmata ducent ad romanam ciuitatez. Ciuitas ista est sancta mater ecclesia in qua debemus ꝑmanere hoc est eius precepta adimplere: et campane pulsabuntur scȝ per opera misericordie per penitentiaȝ recuperata: de te laudabile testimonium perhibent: et ciues gaudebunt. id est angeli dei de peccatore: sicut scriptuȝ est Luc. xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiaȝ agente et tunc etiam poteris dominam id est aīam ad monasterium regni celestis perducere. Ad quod nos perducat ihesus christus dominus noster marie filius qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat etc.

De iudicio adulterantium Capitulum. lxxxij.

Miles quidā erat qui castrū pulcerrimum habebat sup quo due ciconie nidificabant. Sub castro erat fons clarus in quo ciconie solebant se balneare. Accidit ꝙ femella pullos ꝓduxit masculus vero per terraȝ volabat vt pullis cibum colligeret. Illo abeunte femella est adulterata: sed anteꝙ masculus veniret ad fontē descenderat vt se lauaret ne masculus fetorez adulterij sentiret. Miles cū sepius hoc vidisset admirabatur fontem clausit ne ciconia se lauaret vel balnearet. Illa vero cum fontez clausum vidisset et non poterat se lauare post adulteriū cōmissum ad nidū est reuersa. Masculus veniens et sentiens adulterij fetorem inde volauit et infra diem naturalem multitudinez ciconiarum secum duxit: et in presentia militis eam occiderūt.

Moralisatio

Karissimi. Iste due ciconie sunt christus et aīa: anima est christi sponsa: et quotienscunqȝ fuerit ꝑ peccatum adulterata ad fontem ꝯfessionis recurrat vt poterit mūdari ne christus eius sponsus fetorē adulterij sentiet. Miles qui fontez clausit est dyabolus qui cor hominis obturat qui semper nititur hominem impedire ne currat ad fontem confessionis: et ne homo confiteatur. Unde si christus in die iudicij te inuenit non lotum id est non confessum sine dubio contra te veniet cū multitudine angelorū eternaliter te occidentium

De timorosa custodia anime Capitulum. lxxxiij.

Traianus regnavit qui miro mo
ortos dilexit. unde semel cū quen
dam ortum construxisset et ar
bores universi generis in eo plantasset cu
stodem super ortū constituit ut fideliter cu
stodiet. Erat autem quidam aper strenuus
qui ortum intravit arbores cōfodit ꝛ evertit
Hoc ꝑcipiens custos nomine ionathas au
riculam eius sinistram abscidit. Aper vero
amissa aure clamavit ꝛ exivit. Altera vero
die aper intravit et infinita mala ꝑpetravit
in orto. Hoc videns ionathas aurem eius
dextram abscidit ꝛ cū clamorē valido aper
exivit: hoc non obstante tercia vice intravit
Quod vidēs ionathas caudā eius abscidit
et sic turpiter cum clamore aper exivit. Ad
huc quarta vice intravit multa mala ꝑpe
travit. Jonathas illū cum lācea perforavit
et mortuus est ꝛ coquinario traditus ut ꝑ
mensa regis prepararetur. Rex vero de quo
libet aniali cor plus dilexit q̄ aliquid aliud
Cocus vero cum aprū preparasset ꝛ cor
pingue vidisset comedit. sed cū regi fuisset
de apro a servitoribus ministratum cor que
sivit. Servitores vero ad coquinarium re
dierūt et cor aprī appetebāt: ait ille. Dicite
domino meo q̄ aper nullum cor habebat:
et si non credat per varias rationes obligo
me ōstendere. Servi hoc audientes omnia
verba regi denunciabant: ait rex. Quid est
hoc quod audio: non est animal sine corde:
sed ex quo offert se ad probandum eum au
diemus: coquinarius erat vocatus ad regē
ut probaret q̄ aper cor non haberet: qui ait
Domine mi audite me. Omnis cogitatio
a corde ꝓcedit: bene sequitur si nulla est co
gitatio nec cor ullū: aper iste primo intravit
ortū et multa mala cōmisit. Ego vero hoc
videns aurem eius sinistram abscidi: si cor
habuisset de aure abscisa cogitasset: sꝫ hoc
non fecit: quia iterato intravit: ergo cor non
habebat. Itē si cor habuisset quando aurē
dextrā abscidi hoc cogitasset: sed non cogi
tavit de aure dextra amissa: quia post hoc
intravit et caudam amisit: ergo si aliquam
partē cordis habuisset de auribus ꝛ cauda
cogitasset: sed hoc non fecit: q2 post omnia
ista intravit: ideo eum occidi. Et per istas
tres rationes ostendo q̄ cor non habebat.
Rex vero cum hoc audisset ratiōes huius
approbavit: et sic coquinarius evasit.

Moralisatio

Karissimi. Iste rex ē dominus nr̄
ihesus christus qui miro modo
ortos et vineas diligit id ē status
hominū sicut sunt viri ecclesiastici religiosi
et boni christiani in quorum cordibus do
minus nr̄ plantat quotidie diversa genera
arborū id est virtutum sicut sunt decem pre
cepta: septem opera misericordie: quatuor
virtutes cardinales: et tres theologicas. Cu
stos est prelatus qui habet ista custodire.
Aper est homo dives ac potēs huius seculi
qui potius sensui ꝓprio credit q̄ alteri. iste
destruit statū suū quē accepit in baptismo.
Et mala infinita comittit quando peccatū
mortale perpetrat: quia violat v̄tutes quas
in baptismo recepit. Hoc videns deus per
ionathan id est per mortē a nobis aufert
aurem sinistram id est consanguineū tuum
interfecit ut per hoc vitam tuam malā cor
rigas. Sed miser homo ad tempus dolet ꝛ
cito ad vomitum revertitur: et dei precepta
iterato violat. Hoc videns deus aufert ab
homine aurem dextrā id est filium vel filiā
ut sic te corrigas. Sed miser homo ꝑ breve
tempus mortem eorū dolet ꝛ redit ad mala
opera: et tunc aufert ab eo caudam id est
uxorem ut sic flagellatus corrigatꝰ: nec per
talia emendatur: tunc deus eum interficit ꝛ
coquinario id est dyabolo tradit in die iudi
cij. Non est in hoīe res quam deus magis
diligit q̄ cor id est animam. tunc dyabolus
allegabit q̄ animam deo obedientem non
habet: et dicet ad christum. Iste mihi obe
diens fuit et tibi inobediens fuit: si habuisset
aiam rectam nunq̄ preceptū tuū violasset
ꝛ sic deus privabitur aīa quod est dolendū

De beneficiis dei semper memorandis
Capitulum. lxxxiiij.

Pompeyus regnavit in cuius re
gno erat quedā domina nimis
pulcra et oībus amorosa. Iuxta
eam quidā miles habitabat satis graciosus
ꝛ nobilis qui istam dominā sepius visitavit
et a domina multum erat dilectus. Miles
iste cum semel dominā visitasset vidensq̄
falconem super manum eius quem miro
modo concupivit: ait. O bona si quicq̄ pro
te feci: aut si me diligis da mihi falconem

domina ait. Tibi concedo: sed vnum est q non tantum illum diligas vt a societate mea te separes: miles ait. Absit hoc a me vt propter aliquam rem me separarem a te nunc amplius teneor te diligere q ante: domina falconem ei dedit. Ille vero ei valefecerat & in falcone delectabatur q dominam non visitabat et parum de ea cogitabat: sed singulis diebus cu falcone ludebat. Domina sepius nuncios ad eum misit et non venit. Tandem domina ei scripsit vt sine dilatione vlteriori ad eam cum falcone veniret quod et fecit: qui cum venisset ait ei domina. Ostende mihi falconez: quem cum apprehendisset coram eo caput a corpore extraxit. miles non modicum dolens ait. Domina quid fecisti: que ait. Non doleas sed potius gaude & letare: quia falco erat causa quare me non visitasti sic ante fecisti: ideo falconem occidi vt ad me redeas frequenter sic solebas miles vero videns q ex pia causa dña hoc fecerat ei placuit & eaz sicut prius visitauit.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est pater celestis. Domina tam pulcra natura humana deitati i christo coniuncta Miles quilibet christianus qui dominum deum suum ante omnia tenetur diligere: et eu sepius per opa meritoria visitare. Falco sunt bona temporalia que deus dat homini vt eum probent: sed cum miser homo diues factus fuerit similis factus est iumentis: qr non recordat de dei beneficiis nec eum visitat sicut solebat. Deus hoc videns aufert ab homine bona temporalia sanitatem & prosperitatem vt priorem amorez habeat non q deus odit illum quem sic castigat: sed qr eum diligit: iuxta illud. Flagellat deus omnem quem diligit.

De oratio nostra melodia est coraz deo Capitulum.lxxxv.

Tiberius regnauit qui miro mo melodiam dilexit audire. Unde semel accidit q ad venandum perrexit quandam melodiam cithare a parte dextra audiuit: & in tanta dulcedine delectabatur q quasi extra se raptus est. Equum perueniebat versus locum melodie ibidem equitauit. Cum autem ad locum venisset: quandam aquam latam a longe prospexit et iuxta aquam pauper sedebat qui citharam in manu tenebat. De ista cithara processit tanta melodia q imperator cum gaudio est refocillatus: ait ei rex. Carissime dic mihi quomo cithara tua ita dulciter sonat: at ille Domine per triginta annos et vltra iuxta istam aquam mansi: dedit mihi deus gram talez in cithara q qcito cordas eius tango exit tanta melodia q pisces istius aque ad manum meam veniunt per quos meipsum et vxorem sustento cum familia: sed heu et prochdolor iam infra paucos dies ex alia parte aque venit quida sibilator qui in tanta dulcedine sibilat q pisces me dimittut & ad eum currunt: ideo domine quia potens estis & rex totius imperij contra sibilatore prebeatis mihi vestrum auxilium: ait rex. Carissime in nullo potero te iuuare nisi in vno: et hoc tibi sufficiat. In loculo meo hamu aureuz habeo illum tibi dabo: et in summitate virge ligari facias: deinde cordas cithare tangas ad cuius tactum pisces mouebuntur & statim per hamum eos ad terram trahe: et sic sibilator de loco recedet cum confusione. Pauper vero omnia adimpleuit pisces anteq ad sibilatorez poterant accedere per hamum ad se eos traxit: sibilator hec videns cum confusione recessit.

Moralisatio

Karissimi. Iste imperator est dominus noster ihesus christus qui miro modo melodiam scz sanctam orationem audit et diligit: qui venatur per sua certa aialia scz animas quas dyabolus conabat auferre. Aqua ista in qua sunt pisces est mundus iste qui est plenus peccatoribus. Paup iuxta aquaz est predicator qui habebat citharam id est sacram scripturam cum qua debet pisces id e peccatores ad terram siccam scz ad regnum celeste perducere Ps. In tympano et choro &c. Sed heu prochdolor diebus istis quando predicator incipit citharam sacre scripture tangere et predicare adest statim sibilator cum sua melodia scz dyabolus qui sibilat tam dulciter dum predicando predicat q homines predicationez non libenter audiunt. Unde est notandum q dyabolus habet diuersas sibilationes. Primo enim facit aliquos dormire vt verbum dei non audiant.

Secundo quos ad dormiendū allicere non potest facit eos garrulare. Tercio quos nō potest facere garrulare facit eos locum dimittere vel nihil sape quod predicator predicat: vnde necesse est predicatori hamum diuine gratie petere per quam poterit peccatores ad deū ducere: et sic ita semp̄ fit in principio sermonis ꝓ gratia diuina rogat̄.

Q̄ peccatoribus gratiam diuinā exponscentibus dominus miscdiuer condescendat

Capitulum.lxxxvj.

Erat quidam imperator qui statuit ꝓ lege ꝙ si mulier sub viro suo esset adulterata perpetuo carceri esset mancipanda. Accidit ꝙ quidam miles mulierem nobilem desponsauit quā multū dilexit. Ille vero ad peregrinandū in ptibus longinquis perrexit. Uxor vero post eius recessū adulterata est: et de adulterio concepit. Cum vero contra eam legitime erat probatū ex precepto imperatoris carceri est adiudicata que in carcere filium pulcerrimum peperit. Puer vero creuit et ab omnibus est dilectus qui eum viderunt. Mater vero gemitus et suspiria continue emisit nec cōsolari poterat. Accidit vna die cum puer matrem flentem vidisset dixit ei. Ob quam causam carissima mater sic affligitur aīa tua: ait mater. O fili dulcissime multum habeo flere vltra capita nostra est accessus hominum et sol lucet in claritate: nos vero hic sumus in tenebris et nullum lumen habemus: ait filius. O mater dulcissima illam lucem quam dicis super capita nostra nunq̄ vidi: quia ī isto carcere natus fui: dūmodo copiam cibi et potus habuero mihi hic placet semp̄ ꝑmanere dum vixero. Dum autē sic loquerentur ad inuicem imperator cum militibus ad ostium carceris stabat: ait vnus miles regi. Domine non audistis istam lamentationē in carcere inter matrem et filium: ait ille. Etiam optime audio et eis compatior: milites dixerunt. Domine rogamus vt fiat eis gratia et misericordia: quibus dixit rex. Ad preces vestras concedo: amboſq; de carcere eduxerunt: et ab omni pena liberauerunt.

Moralisatio

Carissimi. Imperator iste est pater celestis qui istam legem dedit ꝙ si mulier id est anima sub viro id ē christo fuerit per peccatū mortale adulterata perpetuo carceri infernali adiudicabit̄ si sic decedat. Domina vero ista in carcere fleuit amare: et quare: certe quia violauit animā suam regnum eternum perdidit: sanctā ecclesiam depriuauit: et virtutibus quas in baptismo recepit per peccatum spoliauit: puer qui dixit: dum cibum habuero mihi placet hic permanere: sunt mundi potentes et diuites qui dicunt. Si deus daret eis mundum et pro voluntate carnis delicias: lumen celi nunq̄ desiderarent: de talibus valde dolendum est. Miles qui stetit iuxta ostium potest dici bonus prelatus qui habet ꝓ peccatoribus intime deū rogare vt det eis grām a carcere peccati resurgere ꝙ poterunt ad eternā vitam intrare: quam nobis con. etc.

Q̄ christus se ꝓ nobis morti exposuit.

Capitulum.lxxxvij.

Quidam imperator qui in quodā bello mortali expositus fuit mortemq; vix potuit euadere: quod percipiens miles quidam strenuus interposuit se inter imperatorem et hostes eius ita ꝙ imperator euasit sine lesiōe. Miles aūt pro eo diuersa vulnera recepit: curatus est cum magna difficultate: tamē cicatrices in eo semper manserunt: et ab omnibus est cōmendatus ꝙ tam egregie pro domino suo pugnasset. Accidit postea ꝙ ille miles debuisset hereditatem suam iniuste amittere: accessit ad prefatum imperatorem rogauit vt eum iuuaret et sentenciam pro eo daret: at ille. Carissime non possū tibi ad presens attendere: sed dabo tibi iudicem qui causā tuā examinabit: et quod iustū fuerit faciet: at ille. O domine cur talia dicis: statī corā omnibus omnia vestimenta sua dilacerauit et vsq; ad nudam carnē cicatrices vulneꝝ ei ostendit dicēs. Ecce quid sustinui pro te et tu non vis pro me vindicare nec me iuuare. Est ne inquit iustum postq̄ tantū ꝓ te sustinui vt alius q̄ tuipse sit in causa mea iudex et aduocatus ꝓ me. Imperator hoc audiens ait. O carissime veꝝ dicis quando in periculo mortis fui tu et non alius me saluasti: statim pro tribunali sedebat rex: et iudicium pro eo dedit

Moralisatio

Carissimi. Christus in bello mortali inter te et dyabolum seipsum interposuit: et suscepit pro te vulnera mortalia: sed morte turpissima mortuus est. Est ergo ne iustum ꝙ alius ꝙ̄ tu penā vel penitentiā sustineas ꝓ amore suo: certe nō. Si duo fratres sint heredes alicuius hereditatis quam hereditatē aliquo casu amiserāt si alter eoꝝ pro hereditate recupanda pugnauerit: laborauitqꝫ alius nihil sed sine oi labore eam habere vellet esset hoc iustū certe nō. Sic est de nobis et de christo: nos amisimus hereditatē regni celestis per peccatum: christus vero per suam mortem acquisiuit: ideo iustum est vt nullus alius pro te faciat quod poteris mereri ꝙ̄ tuipse si desideras vitam eternam obtinere: quā nobis concedat qui sine fine viuit et regnat ⁊c.

De cautela dyaboli qui multos ad interitum subducit Capitulum. lxxxviij

De quodaꝫ principe narratur qui cū omnibus viribus suis non poterat hostes suos deuincere: fecit hanc cautelā: simulauit fugam ⁊ castra sua cum victualibus hostibus dereliquit: in quibus castris dolia multa plena vino infecto dimisit p semen cuiusdā herbe: ita ꝙ homo bibens de vino illo statim obdormiret: sciuit etiam hostes famelicos et gulosos qui sup vinū cum gaudio superuenientes ad libitū suū bibentes: statimqꝫ semimortui dormire compellebātur: super quos princeps rediēs omnes ad libitum suum occidit.

Moralisatio

Karissimi. Hac cautela vtit̄ dyabolus contra quos vidit se non posse superare simulat se fugere: ⁊ procul abesse dum eos sub spe bone amicicie et solacij diu permittit ad tabernas sedere vt inebriatos ducat quo voluerit nunc ad homicidium nunc ad luxuriam nunc ⁊c. Caueamus ergo a tali potu si desideramus venire ad eternam vitam.

De triplici statu mundi Capitulum. lxxxix.

Miles quidam erat qui tres filios habebat: qui cum mori deberet primogenito suo hereditatem legauit: secundo filio thesaurum: tercio filio anulum preciosum qui plus valuit ꝙ̄ totuꝫ quod legauit aliis duobus etiā primis dedit anulos duos non tam preciosos: oēs anuli fuerunt eiusdem virtutis: post mortē patris dixit primus filius. Ego habeo anulū pris mei preciosum: secūdus filius dixit. Tu nō habes sꝫ ego habeo: tercius vero dixit. Nō est iustū ꝙ vos habeatis eo ꝙ senior habet hereditatem et alius thesaurum: ergo ratio dictat vt ego anulū preciosum habeam: ait primus. Probemus in facto quis anulus sit preciosior et ille est melior: at ille. Mihi placet. Statim adducti sunt infirmi diuersi: varias infirmitates habentes: primi duo anuli nihil operati sunt: sed anulus iunioris omnes infirmitates curauit

Moralisatio

Karissimi. Iste miles ē dominus noster ihesus christus qui tres filios habe batꝫ iudeos saracenos et christianos. Iudeis dedit terram ꝓmissionis. Saracenis dedit thesaurū huius mundi quantum ad potentias et diuitias. Christianis dedit anulū preciosum scꝫ fideꝫ qꝛ per fidem christiani possunt varias infirmitates ⁊ lāguores aīe curare: sicut scriptū est. Omnia possibilia sunt credenti. Item si habueris fidem sicut granum sinapis ⁊c. Item impossibile est sine fide placere deo.

De libertate arbitrij Capitulum. xc.

Rex aliquando erat in quodā regno ꝙ frater senior hereditatem diuideret: et iunior eligeret: cuius ratio est: quia maioris discretionis est diuidere ꝙ̄ eligere. Senior autēꝫ discretior esse debet. Alia lex fuit ꝙ liceret filiū ex ancilla hereditateꝫ accipere sicut et filij liberi. Contigit autem duos fratres: vnum de ancilla: et vnū de libera hereditatem diuidere. Frater enim senior diuisit sic: ex vna parte totaꝫ hereditatem posuit et ex alia parte matreꝫ fratris sui posuit. Frater eius cogitabat matrem meaꝫ ante omnia debeo diligere: et p consequens elegit matrem et hereditateꝫ dimisit sperans de curialitate fris sui aliquid obtinere sed nihil ab eo obtinebat: adiit iudicem fratreꝫ suum accusauit ꝙ cum ab hereditate sua exclusit: respondit frater suus ⁊ dixit ꝙ eum decepit: quia ille qui elegit nō qui diuidit certus est.

Moralisatio

Charissimi. Deus pat duos filios habuit: vnū de ancilla: alium de libera: de libera habuit christum qui est de cadē essentia de qua pater ⁊ coeternus sibi: de ancilla hominē: quia quo ad corpus est de terra: et iste est minor: quia ex tempore productus. Christus filius senior hereditatem diuisit: quomodo: certe matrē id est terram ⁊ terrena posuit ex vna parte et ex alia posuit celum et celestia: electionē tamen homini dedit ꝙ si matrem id est terrena eligeret hereditate celesti careret. Sed reuera peccās mortaliter hereditate celesti spreta matrem elegit: nec christū poterit accusare: quoniā nō qui diuidit sed qui elegit circumscribit. Patet ergo ꝙ qui terrenas voluptates preponit et in pctō mortali existens vitā eternā non potest de gratia nec de iure sibi vendicare seu presumere de hereditate: sed forte ex quadā pietate. Cōsulo ergo vt non eligamus matrē id est mundū istū: qꝛ totus mundus in maligno positus ē Studeamus ergo eligere hereditatē celestē

De accidia et pigricia Capitulū. xcj.

Plinius regnauit qui tres filios legitur habuisse quos multū dilexit: vnde per se cogitauit disponere de regno suo: vocauit tres filios suos: et ait. Quis vestrum est pigrior ille regnū post meū decessū habebit: tunc ait primus filius patri. Mihi ergo debetᷣ regnū vr̄m qꝛ adeo piger sum ꝙ ad ignē sedens prius crura pmitto comburi ꝗ̄ inde me traherē Secundus filius ait. Pater mihi debetur regnum vestrum: quia si circa collum meū funem haberem et mox suspendi deberē et gladium in manu mea tenerē propter magnam pigriciam meam ad scindendū funē manū meā non extenderem: tercius filius dixit patri. Ego regnare debeo: quia in pigriciis ceteros precedo dum supius in lecto iaceo et gutte aque super vtrunqʒ oculum cadunt propter magnam pigriciam caput meum mouere nescio ad dextrā vel sinistrā nec volo. Rex cum hoc audisset ei regnū legauit reputans eum pigriorem

Expositio

Charissimi. Iste rex est dyabolus qui est rex et pater super omnes filios superbie sicut Job dicit. Per primū filiū hic designantᷣ illi qui sunt in societate peruersa scʒ in adulterio ⁊ fornicatione per quam ad malum intendunt: tamen magis eligunt in igne peccati cremari vel aduri ꝗ̄ a tali prauo consortio separari. Secundus filius signat illum qui licet peccatorū suorū funibus videat se circumplexum et ligatū quibus mox suspendēdus est ad inferni patibulum: tamen ad ea scindendū manus nō extēdit videlicet gladio lingue sue p verba ꝯfessionis. Tercius filius designat illū qui doctrinā audit de paradisi gaudio ⁊ inferni supplicio: et tamē pre nimia pigricia ducēs statū suum prauū scʒ peccatorū non deserit ad dextrā premiorū amore et desiderio conuertendo: nec ad sinistrā vt pcīm dimittat saltē metu et terrore infernaliū tormentorū.

Christus elegit mori ꝓpter vitā nostrā Capitulum. xcij.

Legitur de quodam rege qui habuit vxorem nomine corneliam. Accidit quadam vice ꝙ in castro regis sub quodā muro inuenti fuerunt duo serpētes: vnus masculus: altera femella. quod audiēs rex interrogauit a suis magistris et doctoribus quid hoc significaret: et dixerūt illos serpentes ibidē latere in signū mortis viri vel mulieris: et dixerūt. Si occideretur masculus vir moreretᷣ: ⁊ si occideretᷣ serpēs femella vxor moreretᷣ: quo audito rex dixit Occidite masculū serpentē ⁊ femella viuat quia libentius vellet mortē suam ꝗ̄ mortē vxoris sue: et assignās causā dixit. Si vxor mea viuit posset multos filios ꝓducere qui possūt in regno meo succedere: quia si ipsa moreretur regnum heredem non haberet.

Expositio

Charissimi. Rex iste est dominus noster ihesus xp̄us qui nos regit sicᷣ rex. Cuius vxor est humana natura scʒ in vtero virginis copulata: sed in hoc mundo quasi in hac domo huius spōsi duo serpētes fuerūt inuenti scʒ legis antique Serpens masculus erat benignitas diuine misericordie. Hec vxor hūana natᷣa viuere per gratiam non potuisset: sed sponsus scʒ xp̄us elegit sibi mortē in cruce vt humana natura viueret. Etiam potes hunc sensum applicare de carne ⁊ spū: ita oportet ꝙ caro tāꝗ̄ masculus infructuosus p spūm occidatᷣ

De hereditate et gaudio fidelis anime
Capitulum.xciij.

Quidam potens dominus duos filios suos misit ad studiū vt studerent ac pficerent: et ex hoc prebendam obtinerent. Transacto modico tpe misit eis pater literas vt ad propria remearent. Fratres his auditis ad patriā properauerunt: vnus fratrum valde letus est de reuersione: et cum rediit cū leticia receptus est et in hereditatem constitutus est. Alter vero frater de reuersiōe turbatus est valde: qui dum rediit mater eius occurrens osculata est eum: et osculando os eius dentibus eius abstulit. Soror sequens matrē volens osculari eum abstulit ei nasum. Frater sequens abstulit ei oculos. Pater adueniēs rapuit eum per capillos et pellem abstraxit

Applicatio

Carissimi. Iste diues ē deus qui duos filios misit ad studiū scz corpus et animā vt studerent in scolis huius mundi: et in bonis operibus proficerent: et sic eternam vitam scz hereditatē possiderēt. Litere sunt mors: hec litera mittitur dum homo moritur. Anima gaudens ad eum redit que letanter recipitur: et in hereditatem constituitur. Frater alter qui inuitus redit est corpus qui de reuersione turbatur nec mirum: quia miserrime collocat̄. Soror et fratres bufones sunt et serpentes: qui nasum et oculos corrodunt. Pater est putredo terre que capillos et cutē et carnē consumit: de istis parentibus dicitur Job. vij. Putredini dixi &c.

Q, anima pulcra per peccati lepram infecta pristinam pulcritudinem habere nō poterit nisi per altos gemitus et profunda suspiria.

Capitulum.xciiij.

Erat quidam rex volens peregre proficisci in longinquis partibus et habens vnicā filiam formosā: solē splendidiorē: nesciens cui fideli mente cōmitteret eam in custodia. Tandē cōmisit vni militi suo secretario quem tenerrime dilexit precipiens ei vt custodiret eam ne aggressum haberet ad fontē vnū in illa terra vel regione prosilientē: si biberet de ea efficeretur leprosa talis nature: fuerat tamē amenissime suauitatis. Ut ergo miles eam tam formosam redderet in regressu sue peregrinationis sicuti iam dictā acceperat perpendit predictus miles si ista nō faceret tunc totum seruicium suū perderet ausus non esset suū dominū expectare. Custodia prehabita per aliquod tempus: tandē dicta filia veniens ad fontē occulte bibensq; de illo effecta est leprosa: percipiens hoc miles dolore repletus fugiens cum eadem de regione ad desertum: inueniensq; ibi vnū reclusorium pulsans manibus. Intus heremitam quendā inueniens narrans sibi oīa facta prenarrata: dansq; heremita dicto militi sanū consilium dicens. Uade ad montē quem monstrauero tibi: inuenies lapidem cum virga quadam: cum dicta virga percuties lapidē acriter donec habeas de eo humiditatem et liquorem: cum illo lini eam et perunge et fiet sana: et pristinā pulcritudinē accipiet: faciensq; predictus miles sicut sibi dixerat heremita: filia regis pristinam sanitatem et pulcritudinem recepit.

Expositio

Carissimi. Rex iste est dominus noster ihesus christus qui pegre profectus est reddere volens prī suo illud quod de purissima virgine matre sua maria accepit videlicet veram humanitatē qua in die iudicij reuersurus est. Per filiam vnicam anima nostra que decies clarior sole erit anteq̄ veniat ad eternā vitam significatur. Per militē quilibet peccator per omnia delectamenta huius mundi discurrens que sunt sibi dulcia. Filia effecta ē leprosa id est peccatis plena: per egressiōē regionis quilibet peccator relinquens secularia et transitoria: per reclusorium ecclesiā: per heremitā sacerdotem inueniens ac narrans sanctā confessionem faciens: dans consilium penitentiam iniungens: per montem corpus proprium: per lapidem cor lapideū per virgam penitentiā magnam videlicet castigationē proprij corporis orationes elemosinas ieiunia faciens: per humiditatē et liquorem lacrimas oculorū ac cordis contritiones. sic in die iudicij fiet tua vnica filia syon id est anima tua salua formosa ac suo creatori gratiosa.

Q, christus restituit nobis hereditatem superne patrie

Capitulum.xcv.

Legitur in gestis romanorum q erat quidā tyrannus maxencius noie qui ciues romanos heredi tate voluit priuare. Incūbente igit̄ seuicia tyranni fugerūt exterminati ad constantinū regem in britaniam. deniq3 cum multi con fluerent ꝯcitauerūt eum aduersus tyrannū dicentes. O constantine rex restitue nos in regnum nostrum. Ex his verbis cōmotus est constantinus armauit se ascendit equū et tyrannum prostrauit: et sic romanis here ditatem restituit

Moralisatio

Carissimi. Iste tyrannus est dya bolus qui generi hūano fuit cru delis intantū q genus humanū celesti hereditate priuauit. Quod vides ge nus humanum ad regem constantinum sc3 ad deum fugit petens auxiliū ab eo: vnde Ps. Apprehende arma et scutū ⁊ exurge in adiutoriū mihi: quia tu es qui restitues hereditatem meam mihi. His verbis com motus est deus rex et armauit se cum se di uine nature copulauit: et equū suū ascendit dum in cruce suspendi voluit: et sic tyrannū prostrauit: et nobis hereditatem restituit

Q, vita presens est vita remissionis et gratie Capitulum.xcvi.

Rex alexander posuit candelam ardentē in aula sua: et misit pre cones per totum regnum suum: qui clamauerunt et dixerunt. Si aliquis fo refecerat contra regem q audacter veniret q̄diu candela arderet rex forefactū dimit teret. Et si quis forefactum haberet et non veniret candela extīcta morte male periret Istud audientibus populis in regno multi venerunt ad regem et misericordiā petierūt. Rex benigne recepit eos. Et multi fuerūt qui noluerunt venire et neglexerunt. Sed quando candela fuit extincta rex eos fecit per violentiā afferri et mala morte occidi.

Moralisatio

Carissimi. Per regē alexandrū possumus intelligere christū qui est rex regum et dominus domi nantium. Posuit candelā ardentem id est presentem vitam que transit tanq candela ardens. Precones missi sunt id est predi catores qui quotidie clamāt. Si aliquis fo refecerit contra regem id est contra xpūm q audacter veniat q̄diu candela ardet id ē presens vita durat: quia christus est nimis misericors: vn̄ Dauid Misericordia eius sup oia opera eius: sicut patet in latrone ⁊c̄. Modo aliqui audiunt et veniunt ad regē ⁊ misericordiam petunt: vt sunt illi qui pcta sua dimittunt: mandata dei tenent: ⁊ viuunt sicut boni christiani: illos benigne recipit: et per illos qui noluerūt venire possumus in telligere malos christianos sc3 raptores vsu rarios et ceteros peccatores. Quando can dela est extincta id est post istā vitam xpūs faciet eos venire coram se in die iudicij: et mala morte occidi id est eternā morte pati quando dicet eis. Ite maledicti in ignē ⁊c̄.

De morte Capitulum.xcvij.

Legitur in cronicis q anno.xxij. ab vrbe romana cōdita populus romanus columnā marmoreā in foro romano statuerunt: ⁊ ibi imaginem iulij cesaris fecerūt: et super caput eius no men iulij scripserunt: quia in honore ipsius factum fuit. Sed iste iulius cesar tria signa in morte vel anteq̄ moreret̄ accepit. Cen tesimo enim die ante mortem suam cecidit fulmen ante imaginē in foro: et in nomine subscripto literam primam abrasit. Nocte vero precedente die mortis sue fenestre tha lami eius cum tanto strepitu et impetu sūt aperte vt domū ruituram estimaret. Eodē vero die mortis sue cum ad capitolium iret date sunt ei litere indices mortis sue immi nentis quas si stati legisset mortē euasisset.

Moralisatio

Carissimi. Sic est de nobis et de deo vt mortē eternā euademus tria signa nobis facit deus. Pri mum est deletio litere capitalis de nomine per istam literam que in principio nominis ponitur intelligitur abundantia diuitiarum Hec enim est que facit hominē habere no men in terra. Nemo eni in istis diebus no minatur in terra nisi habuerit diuitias: hoc patet. Nam si querātur quis sit melior ville vel ciuitatis: statim preponitur qui plures diuitias habet q̄uis sit pessimus. Ecce quō diuitie dant homini nomē: quia si diues nō

esset non esset nominatus. Et qr aliquādo diuitie sunt occasio mortis eterne: ido deus dat primum signum qꝫ talem vult saluare: ꝛ auffert primam literam nominis sui scꝫ diuitias ab eo: ꝛ facit eum pauperem: Ut sic qui per diuitias ab eo recesserat p paupertatem ad eum redeat. Secundum signū quod iulius cesar accepit est qꝫ iuxta cameram suam fuit magnus strepitus. Hec camera est corpus humanum. qr cum homo videt se esse pulchrum ꝛ fortem statim cadit in peccatum: per quod mors eterna sibi preparat: ꝛ ideo volens eum deus a morte eterna reuocare facit secundum signum scꝫ magnum strepitum circa corpus suum mittendo. s. talem ꝛ tantam infirmitatem ꝛ debilitatem qꝫ ad mortem credit ruere ꝛ cadere vt sic qui per pulchritudinem ꝛ fortitudinem a deo recesserant per infirmitatem ꝛ debilitatem reuocent ꝛ peniteāt. Psalmi. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ. Exemplum de beato paulo dicente. Libent gloriabor in infirmitatibus meis. Tercium signum quod Julius cesar accepit fuit qꝫ littere indices mortis imminentis sibi tradite fuerant: quas si legissꝫ mortem euasissꝫ: hoc signum facit deus nobis peccatoribus qui tunc dicitur tradere litteras indices mortis: nostre dum sua gratia ꝯsciencias nostras illustrat: vt legere possimus peccata nostra: quibus mortem eternam meruimus. Et ideo dum lucem ꝛ gratiaꝫ spiritussancti habemus litteras istas legamus. i. peccata nostrā referamus bono corde. ꝛ postea sacerdoti ore: vt sic legendo mortem eternaꝫ euadere valeamus: ne littere clause. i. conscientie nostre non mundate post morteꝫ nostrā aperiantur ꝛ manifestentur toti mundo.

Qꝫ deus in hac vita placari potest
Capitulum. xcviij.

Narratur qꝫ antiquitus mos erat romanoꝝ: qꝫ quando castruꝫ vel aliquam ciuitatem obsidebant: vnam candelam in certa mensura accendebant: ꝛ q̄diu cādela ardebat: parati erant omnes ad pacem recipere quantumcunqꝫ malefactor esset. Sed postq̄ consumatum fuerat omnes iustitie seueritatem exercebant in hostes suos nec tamen alicui licet daret omnia bona sua misericordiam facere voluerunt.

Applicatio

Carissimi. Sic habet deus se erga peccatores. Nam corda ni ciuitates anime sunt obsessa cum vicijs concupiscentijs per dyabolum mundum carnem. Deus ex sua misericordia stat hominibus tempus in quo si velint poterit inuenire candelam accensam. i. q̄diu vita ē in corpore quandocūqꝫ peccator misericordiam desideret pacem ꝛ concordiam dei reciperet: Tota vita nostra est constituta ꝛ pmissa vt penitentiam faciamus ꝛ viuamus Unde saluator dicit. Nolo mortem peccatoris ꝛc̄. Et ideo q̄diu anima est in corpe: petamus veniam ꝛ misericordiam obtinebimus Johan. xvj. Petite ꝛ accipietis. sꝫ certe cum vita nostra fuerit terminata per mortem: tunc non erit tempus misericordiā petere: ꝛ licet peteremus nō daretur nobis Ergo faciamus penitentiam q̄diu adhuc sumus in hac vita.

De virili pugna christi ꝛ eius victoria.
Capitulum. xcix.

Cesar regnauit. In cuius regno erat quidam miles generosus ac fortis qui semel per quendam forestam equitabat bufonem cum serpente vidit pugnare: sed bufo preualuit ꝛ serpenteꝫ deuicit. Hoc videns miles serpentem iuuit qꝫ bufonem grauiter vulnerauit. euasit ꝛ fugam accepit. tamen p bufonem miles grauiter erat vulneratus: Hoc videns miles de equo descendit. Sed venenum bufonis in vulnere eius remansit Miles domum perrexit ꝛ longo tempore in infirmitate vulneris remansit. Testamentum suum condidit ꝛ ad morteꝫ se parauit: Cum vero semel iuxta ignem iacuisset q̄si de vita sua desperatus: serpens quē a morte saluauit intrauit. Serui videntes serpentem dixerunt. Domine quidam serpens intrauit. Miles cum illum respexit agnouit eum qꝫ serpens ille erat pro cuius defensione vulnera ꝛ omnia mala suscepit. Miles ait. Nolite eum impedire: credo qꝫ nullum malum mihi faciet. Serpens vero corā omnibus ad eum accessit. ꝛ venenuꝫ vulneris cum lingua suxit: quousqꝫ os plenum habuisset. Statim extra domum cucurrit ꝛ venenuꝫ extra se proiecit. Redijt ꝛ ad vulnus

iterato accessit bis ter quousqz totum venenum hausit. hoc facto miles serpenti lac ad bibendum dedit. Cum vero sic bibisset buffo a quo miles vulnus recepit intrauit et contra serpentem pugnare incepit ac si esset in vindictam quia serpens militem sanauit. Miles cum hec vidisset ait seruis suis. Carissimi sine dubio iste est buffo quem vulneraui pro defensione istius serpentis a quo omnia mala recepi. Si serpentem deuincat me inuadat: et ideo si vitam meam diligitis illum incontinenti occidatis. Serui hoc audientes cum gladijs et fustibus illum occiderunt. serpens vero quasi applaudendo et regratiando hincinde circa pedes domini se conuertit: et foras exiuit. Miles vero perfectam sanitatem recuperauit. ¶ Moralisatio

Carissimi. Imperator iste est pater celestis. Miles est dominus noster iesus christus. Buffo dyabolus. Serpens homo. Et hoc propter duo: serpens potest dici homo. Primo propter peccati venenum et propter antidotum ac imaginem christi quam portat. Homo enim contra dyabolum habet pugnare: quia dicitur Non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster. Quando vero totum genus humanum propter peccatum primi parentis erat suppeditatum christus pro nobis pugnauit et dyabolum superauit. Et ipse grauiter vulneratus est non tantum in vno loco sed in multis vnde infirmatur licet non in se tamen in suis membris. et ideo si homo gratus fuerit debet venenum ab eo extrahere. i. infirmitatem et indigentiam a suis expellere per opera misericordie. Sicut scriptum est Math. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Si vero buffo redeat vt tibi noceat viriliter contra eum pugnare debes: et serui dei. i. bone virtutes quas in baptismo recepisti te iuuabunt: et sic dyabolum superabis: et vitam eternam habebis. Ad quam etc.

¶ Quod christus peccatorem non statim per iusticiam precipitat sed misericorditer eum penitentem expectat

¶ Capitulum. c.

Diocletianus regnauit qui statuit pro lege quod si mulier aliqua sub viro suo esset adulterata occidi deberet. Accidit casus quod quidam miles quandam pulcherrimam puellam in vxorem duxit et ex ea vnum filium genuit. Creuit puer: et ab omnibus est dilectus. Post hec pater eius ad quoddam bellum perrexit et viriliter pugnauit. In quo bello brachium dextrum amisit. Interim eo abeunte vxor eius est adulterata. Redit maritus adulteram inuenit. Cum secundum legem maritus eam occidere deberet vocauit filium suum et ait. Carissime. mater tua adulterium commisit. Unde secundum legem mori deberet: Sed brachium amisi: ideo non potero eam occidere. Precipio ergo tibi vt eam occidas. Ait filius: Lex precepit parentes honorare. Si ergo deberem propriam matrem occidere: contra legem perpetrarem: et matris maledictionem incurrerem. ideo nolo in hoc tibi obedire. et sic mulier per suum proprium filium euasit mortem. ¶ Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est deus pater. Miles est dominus noster Jesus christus: vxor anima. Deus pater precepit si anima sub christo adulterata fuerit occidi deberet eternaliter scilicet in penis permanere et quotiens anima mortaliter peccat totiens adulteratur. Deus filius contra dyabolum ad bellum perrexit. In quo bello brachium dextrum deposuit. scilicet omnem austeritatem quod ante eius incarnationem eius habuit: ideo mansuetus factus est quasi agnus: et non vult nos occidere: Sed deus pater precepit vt occidamur. Respondit filius. Carnem humanam de matre mea sumpsi. et ideo hominem occidere non potero: et sic peccator per contritionem et confessionem euadere potest: et ad vitam eternam peruenire. Ad quam etc.

¶ Quod mundus in maligno positus est et vndiqz angustie   Ganterus

Capitulum. ci.

Narratur de quodam homine nomine Ganterus quod locum gaudendi sine fine optabat. Quadam die mane surrexit et solus ad viam ambulabat quousqz ad quoddam regnum peruenit. in quo rex illius regni defunctus nuper erat. Satrape regni videntes eum strenuum illum in regem elegerunt. Ille vero sic electus valde gauisus est. Cum autem nox adesset serui eum in cameram introduxerunt in quo

leonem fortissimum ad caput lecti vidit: ad pedes draconem: ad latus dextrum lecti vrsum: ex alio latere serpentes & bufones. Ait Santerus. Quid est hoc: nunquid me oportet in isto lecto iacere cum istis bestijs. Aiunt. Immo domine. Nam reges ante te in isto lecto iacuerunt: & per istas bestias sunt deuorati. Ait rex. Mihi omnia bene placent sed tantum istum lectum cum bestijs abhorreo quod rex vester esse nolo. Et ab eis recessit. & ad aliud regnum venit vbi similiter in regem est electus. Cum nox adesset cameram intrauit & lectum pulcerrimũ nouaculis acutis plenum vidit ait Santerus Nonne oportet me in isto lecto iacere. Serui dixerunt. Etiã domine. Nam reges ante te hic iacuerunt & in isto lecto mortui sũt at ille. Omnia bona sunt excepto isto lecto & ideo rex vester esse nolo. Mane surrexit & viam trium dierũ solus perrexit. In via quendam senem super fontem inuenit sedentem habentem in manu sua baculum & ait Santere carissime vnde venis. At ille De partibus remotis. Quo pergas. At ille. tria quero & inuenire non potero. Que sunt illa tria. Santerus respondit. Primum est abundantia sine defectu. Secundũ est gaudium sine tristicia. Tercium est lumen siue lux sine tenebris. Ait senex. Baculum istũ accipe & per viam istam perge montem altum videbis ante te: ad pedem montis stat vna scala habensq̃ sex gradus: scalam ascẽde. Cum vero ad sextum gradum perueneris in summitate montis palacium pulcerrimum videbis. In ianua tres ictus percute: ianitor tibi respondebit. Ostende ei baculũ istum & dicas. Qui est dominus istius baculi tibi precepit vt me intrare pmittas. cuz vero introitum habueris ibidẽ tria que queris inuenies. Ille vero omnia adimpleuit sicut ei senex dixerat. Cum vero ianitor baculum vidisset: ei introituz dedit, vbi illa tria & multa plura inuenit & ibidem toto tempore vite sue permansit.

¶ Moralisatio

Carissimi. Iste Santerus potest dici quilibet bonus christianus: qui mundum simpliciter debz spernere & ista tria querere scz abundantiam sine defectu: gaudium sine tristicia: & lumen sine tenebris. Ista non poterunt haberi nisi in vita eterna: Et hoc cum magno labore: O homo fac tu sicut fecit Santerus Perge viam trium dierũ. i. per orationem: ieiunium: & elemosynam: Si contingat ad quoddam regnum peruenire. i. mundana aliqua & ciues. i. mundane vanitates te in regem eligerunt. i. cor tuũ in superbiam ducunt: respice ad lectum. Lectus iste est vita humana in qua per breue tempus iacebis. Sz respice ad leonem. id est. dyabolum semp cõtra te paratum & draconem. i. mortem que te in omni loco expectat: & vrsum. id est. propriam conscientiam que te condemnabit et vermes id est. peccata tua que te accusabũt Si ista intime cogitaueris cito de regno huius mundi te expedire poteris. Deinde ad aliud regnum perrexit &c. Sic homo si dyabolum in vna parte superauerit: hominẽ ad aliud regnum scz peccati ducit. s. ad regnuz carnis in quo regnant delitie carnales & voluptates si ei consentires factus eris filius perditionis. Attende ergo ad lectum. lectus iste est infernus in quo diues ille iacet plenus nouaculis scz penis grauissimis. si istũ lectum intime recogites delitias carnis omnino respues. Si velis ergo ista tria inuenire quere senem cum baculo scilicet dominũ nostrum Ihesum christum: qui tibi concedat baculum sancte crucis. Baculus ille ẽ penitentia que debet ad viam salutis dirigere. Unde psal. Uirga tua & baculus tuus &c. Sz post hec oportet te ascendere scalam sancte vite in qua sunt gradus septem scilicet septem opera misericordie per que potest ad eternam vitam perueniri. Sz oportet tres ictus facere scz contritionez. cõfessionem & satisfactionem habere. Tunc ianitor id est bonitas diuina te in regnum eternum perducet. Ibi abundãtiaz sine defectu: gaudium sine tristicia: lumen sine tenebris inuenies. Ad quod lumen &c.

¶ De transgressionibus anime & vulneribus eius.

¶ Capitulum. cij.

Titus regnauit. in cuius imperio erat quidã miles generosus deo valde deuotus: qui vxorem pulcram habebat sed sub viro suo adulterata ẽ nec de adulterio desistere volebat. Miles

vero cum hoc vidisset contristatus est valde in animo suo cogitabat terram sanctam visitare: et ait vxori sue. Carissima ad terrā sanctam pergam vos discretioni vestre cōmitto. Cum autem vltra mare perrexit domina quendam clericum peritum in nigromantia dilexit et cum eo dormiuit. Accidit semel quod cum ad inuicem in stratu iacuisset dixit domina. Si vnam rem mihi perpetrares me in vxorem ducere posses. Et ille. Quid est hoc quod tibi placet quod potero tibi ministrare: que ait. Maritus meus ad terram sanctam perrexit non me multum diligit: sed cum per aliquam artem occidere posses omnia que habeo obtineres. Ait clericus. Tibi concedo ita tamen quod me in maritum accipies. Que ait. Hoc firmiter promitto. Clericus vero quandam imaginem nomine militis fecerat et in pariete ante oculos suos fixit. Interim miles cum per plateā ciuitatis rome transiret magister quidam peritus ei obuiabat: et eum intime respexit: et ait ei. Carissime secretum habeo tibi dicere: at ille. Magister quod vobis placet dicite: Qui ait. Hodie tu es filius mortis nisi auxilium habueris a me. Uxor tua est meretrix et de morte tua ordinauit. Miles audiens quod verum dixisset de vxore sua ei adhesit credidit atque dixit. O bone magister: salua vitam meam. mercedem cōdignam tibi reddam. Qui ait. Libenter te saluabo: si feceris que tibi dixero. Ait miles. presto sum. Magister balneum fieri fecit et militem vestimentis exuit: et balneum intrare mādauit. Deinde speculum politum in manum eius tradidit et ait. In speculo respice diligenter et mirabilia videbis. Ille cum speculum respexisset et magister iuxta eum in libro legisset: ait ei. Dic mihi quid vides: ait miles. Quendam clericum in domo mea video qui vnam imaginem de cera ad similitudinem meam in pariete fixit. Ait magister Quid modo vides. At ille. Iam arcum accipit et sagittam acutam in eo ponit et imaginem incipit sagittare. Ait magister. Sic vitam tuam diligis cum sagittam ad imaginem volare videris totum corpus tuum in balneo volue in aqua donec tibi dixero. Miles cum hoc audisset et vidisset sagittā moueri corpus suum sub aqua voluit totaliter

Hoc facto ait magister. Caput tuum eleua et in speculo respice: qui cum fecisset dixit ei: Quid iam in speculo vides. At ille. Imaginem nō percussam sed a latere sagitta abijt Et de hoc clericus multum dolet. Ait magister. Iam in speculo quid facit respice: et ille. Iam magis prope pergit ad imaginem et sagittam in arcum ad percutiendum ponit vt imaginem percutiat. Qui ait. Sicut prius fecisti et modo facias si vitam tuam diligis. Miles vero cum per speculum vidisset quod clericus arcum tenderet totum corpus suum voluit in aqua. Hoc facto ait magister Respice quid modo est. Quod cum fecisset dixit: Miro modo dolet clericus quod imaginem non percussit: et vxori mee dicit. Si tercia vice imaginem non percutiam: perdam vitam meam prope imaginem. Modo pergit propius ita quod mihi non poterit decipi: quin imaginem percutiat. Ait magister. Sicut vitam tuam diligis iam curam habeas vt cum arcū videris trahi totum corpus tuum sub aqua inuoluas donec tibi dixero: Miles semper in speculo respiciebat: et cum clericum arcum extendere ad percutiendum vidisset corpus suum in aqua inuoluit donec magister ei dixit. Surge velociter et in speculo respice. Quod cum vidisset miles ridebat: ait magister. Charissime dic mihi quare rides: at ille. Clare in speculo video quod clericus imaginem non percussit: et sagitta est reuersa et eum inter pulmonem et stomachū percussit: et mortuus est. Uxor mea sub lecto meo foueam fecit et eū ibi sepeliuit. Ait magister. Surge velociter et vestimenta indue et ora deum pro me. Ille vero de vita sua gratias reddidit. Factaque peregrinatione ad suam terram miles perrexit. Cum vero domum venisset vxor ei obuiam venit: et cum gaudio eum recepit. Miles vero per plures dies dissimulabat. Tandem pro parentibus vxoris misit et eis ait: Charissimi: hec est causa quare misi pro vobis. hec est filia vestra vxor mea que adulterium sub me cōmisit. Et quod peius est in mortem meam machinata est. Illa vero cum iuramento negauit. Miles vero incepit et totum processum clerici recitauit. Quod si non creditis venite et videte locum vbi clericus sepultus est. Eos ad cameram suam duxit et corpus

clerici pro lecto eius inuenerunt. Iudex est vocatus et sententiam dedit: ut ipsa igne com bureretur. Et sic factum est: et puluis illius cor poris post per aerem dispergitur. Deinde mi les sibi virginem pulcram in vxorem acce pit et ex ea prolem genuit: et in pace sua vi tam finiuit.

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est do minus noster Iesus christus. mi les vero homo. Uxor caro que totiens adulatur, quotiens peccatum morta le committit. Homo autem hoc percipiens de bet ad terram sanctam. i. ad regnum celeste per opera meritoria adire. In via occurrat ei magister. i. discretus confessor qui pecca torem habet informare. Clericus est dyabo lus qui hominem tenet per carnales volup tates in potestate sua erigit imaginem. id est animam per humanam superbiam et vani tatem: accipit arcum cum sagitta. Arcus est mundus iste cuius cornua sunt superbia vi te et concupiscentia oculorum. Arcum istum te net auarus homo. Sagitta acuta est sup bia: per quam multi occiduntur sicut patet de lucifero et primo parente adam. Lucifer dicebat. Ascendam super astra celi et similis ero altissimo. Et econuerso sagitta rediit. Adam concupiuit quod non debuit: et ideo occidetur Imago anime bene poterit esse de cera: quia sicut cera perit. id est. fluit a facie ignis: sic pereunt peccatores a facie dei: quid ergo est faciendum ne dyabolus nos sagit tet et occidat. Certe balneum intremus. istud balneum est confessio in qua et per quam la uari debemus ab omni sorde peccati. Sed oportet speculum politum tenere. i. sacram scripturam in manu tua. i. debes libenter ser mones audire et verba edificatoria in qui bus poteris pericula precauere et sagittas dyaboli expellere. Sed dic mihi quomodo Ecce viam. Cum arcus dyabolicus contra animam tuam per aliquam temptationem te tendit: inuolue totum corpus tuum. i. quic quid fecisti cogitando consentiendo in bal neo confessionis et peccatum euanescet: cum vero mundatus fueris et dyabolus occisus . i. deuictus: indue te vestimentis tuis. id est bonis virtutibus quas in baptismo recepi sti: et perge ad domum conscientie tue et ex trahe corpus defuncti. id est peccata quibus caro tua a via veritatis deuiabat. Et tunc carnem igne penitentie combure: et ossa. id est peccata inueterata annihilentur. Et sic per ventum. id est cordis amaritudinem expel lant: et poteris virginem ducere. id est. car nem a vicijs purgatam per ignem diuine misericordie et gratie: et prolem. i. bonas vir tutes per consequens generare per quam po teris ad eternum brauium peruenire. Quod nobis concedat etc.

¶ De omnibus rebus cum consensu et prouidentia semper agendis

Capitulum. ciij.

Domicianus regnauit prudens valde et per omnia iustus. Quo niam nulli parcebat quin per viam iusticie transiret. Accidit semel dum in men sa sederet venit quidam mercator et ad ia nuam pulsauit. Ianitor vero portam aperuit et quid ei placeret quesiuit. At ille. Merca tor sum aliqua habeo ad vendendum vtilia pro sponsa imperatoris Ianitor hec audiens eum introduxit. Ille vero imperatorem sa tis humiliter salutauit. Ait ei imperator: ca rissime quale mercatorium ad vendendum habes. Et ille. Domine tres sapientias: qui ait: et quomodo mihi dabis quamlibet sapi entiam. Et ille. Pro mille florenis Ait rex Et si sapientie tue mihi non prosunt pecuniam meam perdo. Ait mercator. Domine si sa pientie mee in vobis locum non obtinent pe cuniam reddam. Ait imperator. Optime di cis. Dic modo mihi sapientias quas mihi vendere velis. Et ille. Domine prima sapi entia est ista. Quicquid agas prudenter agas et respice finem Secunda est ista Nunquam vi am publicam dimittas propter semitam. Ter cia sapientia est ista. Nunquam hospicium ad manendum de nocte in domo alicuius acci pias vbi dominus domus est senex et vxor iuuencula. Hec tria custodias Et bene tibi erit. Rex dedit ei pro qualibet sapientia mil le florenos. et primam sapientiam. s. Quic quid agas prudenter agas et respice finem fecit scribi in aula: in camera et in omnibus locis in quibus ambulare solebat et in map pis in quibus comedebat. post hec cito Ter tam iustus erat multi de imperio contra eum conspirabant vt eum occiderent: et quia per

viam potentie hoc adimplere non poterant cum barbetonsore eius loquebantur vt cum barbam eius raderet guttur eius scinderet et mercedem haberet. Barbetonsor vero accepta ab eis pecunia fideliter adimplere promisit. Cum vero imperator radi deberet barbetonsor barbam lauit: et cum incepit radere respexit inferius vidit manutergium circa collum eius in qua erat scriptum. Quicquid agas prudenter agas sed respice finem. Cum barbetonsor scripturam legisset intra se cogitabat Hodie sum conductus vt istum hominem occidam. Si hoc fecero finis meus pessimus erit quia morte turpissima ero condemnatus: quia quicquid agas bonum est respice finem vt dicit ista scriptura. Statim eius manus inceperunt tremere ita quod nouacula de manibus eius cecidit. Hoc percipiens rex ait. Dic mihi quid tibi est: et ille: o domine miserere mei: hodie sum conductus propter precium te occidere. A casu sicut deus voluit scripturam manutergij legi. s. quicquid agas prudenter agas et respice finem Statim consideraui quod finis meus esset mors turpissima: ideo manus mee tremebant: imperator cum hoc audisset intra se cogitabat Prima sapientia vitam meam saluauit bona hora precium pro ea dedit. Et ait barbetonsori. Amodo sis fidelis tibi remitto. Satrape imperij hoc videntes quod non poterant per illam viam occidere intra se tractabant quomodo eum occiderent ad inuicem dixerunt. Tali die recedet versus illam ciuitatem simus illa die in semita absconditi per quam transitum faciet et eum occidamus At illi: Bonum est consilium. Rex eodem tempore versus ciuitatem preparabat se et cum equitasset vsque ad semitam illam dixerunt ei sui milites. Domine bonum est per istam semitam transire quam per latam viam quia propinquius est. Rex intra se cogitabat secunda sapientia erat quod nunquam viam publicam propter semitam dimitterem sapientiam meam tenebo: dixitque militibus suis. nolo viam publicam dimittere. Vos ergo qui vultis per semitam pergere ite: et omnia in aduentu meo preparate. Illi vero per semitam perrexerunt: et inimici regis cum essent in semitis credebant quod rex inter eos esset omnes surrexerunt et quotquot venerunt occiderunt:

Rex cum hoc audisset: ait intra se. Iam secunda sapientia mea vitam meam saluauit Illi de imperio videntes quod per illam astuciam eum occidere non poterant: intra se conspirabant quomodo eum necarent dixerunt quam intra se. Tali die manebit in domo illius in qua omnes nobiles hospitantur: quia aliud non est pro eo hospitium. Conueniamus precio cum hospite et cum vxore: et cum imperator in strato suo iacuerit illum occidamus At illi: Bonum est consilium. Cum vero rex ad illam ciuitatem venerat in eadem domo hospitatus erat. fecit ad se vocari hospitem domus: cum eum vidisset apparuit senex valde: ait imperator Nunquid vxorem habes. Et ille. Etiam domine: qui ait: Ostende mihi eam. Quam cum rex vidisset apparuit iuuencula habensque decem et octo annos in etate. Ait rex camerario suo. Perge cito et lectum meum alibi prepara: quia hic non manebo: at ille: etiam domine: Sed iam parata sunt omnia: ideo non est bonum alibi iacere: eo quod in tota ciuitate non est pro nobis hospitium vtilius: et ille: ego dico tibi quod alibi iacere volo: statim camerarius eum amouebat: et rex occulte ad alium locum accessit: et militibus suis dixit. Vos qui vultis hic manere potestis sed mane ad me accedatis. Cum omnes dormirent senex cum vxore surrexit: quia precio conducti erant: vt regem dormientem occiderent. Mane vero surrexit rex et milites suos occisos inuenit: ait in corde suo. O si hic iacuissem cum alijs necatus fuissem: iam tercia sapientia vitam meam saluauit: senem cum vxore et tota familia in patibulo suspendi fecit: et quamdiu vixit istas tres sapientias secum retinuit et vitam beatam finiuit.

Moralisatio

Carissimi. Imperator iste potest dici quilibet bonus christianus: qui habet imperium corporis sui et anime sue suam animam regere. Ianitor in porta est voluntas libera. Nullum est peccatum nisi sit voluntarium. Mercator qui venit ad portam est dominus noster Ihesus christus. Iuxta illud Apocalips. Ego sto ad hostium et pulso: si quis aperuerit mihi intrabo ad eum et cenabo cum eo. Ergo quotidie vendit tibi pro anima tua tres sa-

pientias. Florenī sunt virtutes anime. Prima sapientia: scilicet quicquid agas rc. hoc est quicquid facis pimo r principaliter debet esse propter deum r in omni actu siue temporali siue spirituali: finem respicias: iuxta illud Prouer. Memorare nouissima tua r in eternum non peccabis. Secunda sapientia: nolite viam publicaȝ dimittere ꝑpter semitam. Via publica est via decem preceptorum quaȝ debes semper tenere vsqȝ ad mortem r nunq̄ per semitaȝ male vite ambulare sicut heretici faciūt. Tercia sapientia est: nunq̄ hospitium ad manenduȝ de nocte in domo alicuius accipias rc. Senex iste est mundus qui habet iuuenculam in vxorem. id est vanitatem de die in diem o: ii immunda: r noua vanitas. Unde si in mundo hospitatus fueris sine dubio timenduȝ est tibi de morte: q2 nemo potest deo r mundo seruire. Satrape qui contra regem conspirauerunt demones sunt qui semꝑ nituntur hominem spiritualiter occidere. Et si non poterunt ꝑ se loquuntur cum barbatō sore. i. carne que ad modum barbetonsoris radit omnes pilos. Caro per voluntateȝ suam radit virtutes quas in baptismo homo recepit. Sed si homo ad finem suum respiceret. s. ad morteȝ qua morte debemus mori vel vbi vel quando a nobis recederet omnis actus malus. Studeamus ergo istas tres virtutes tenere: r sic poterimus ad eternum premium peruenire.

¶ De beneficiorum memoria

Capitulum. ciiij.

Quidā miles erat qui sup omnia venari dilexit. Accidit vna dierꝫ q̄ ad venandum perrexit: occurrit leo claudicans r pedem militi ostendit. Miles vero de equo descendit: r spinam acutam de eius pede extraxit: r vngentum vulneri apposuit: sanatus ē leo. Post hoc vero rex illius regni in eodem nemore a casu venabat̄: r illum leonem accepit r multis annis secum nutriuit. Miles ille cōtra regem forefecit r ad eandem forestam fugaȝ perijt vbi omnes transeuntes spoliauit r occidit. Rex vero illum captiuauit r contra eum sententiam dedit vt leoni daret̄ ad deuorandum nec nihil aliud ad comedendū ei daret̄ ad hoc vt ille horribilis leo militeȝ deuoraret. Miles vero cum in foueā esset proiectus multum timuit expectansqȝ horā quando deuoraret̄. Leo vero cum intime respexit r cum noticiaȝ eius haberet applausum ei fecit: r septeȝ diebus sine cibo remāsit. Rex vero cum hoc audisset admirabāt fecit militem de fouea extrahi r ait ei. Carissime quomodo poterit hoc esse q̄ leo tibi non nocuit. Qui ait. Domine a casu ꝑ forestam equitaui leo iste clāudicans mihi occurrebat. Ego vero spinam de eius pede extraxi r vulnus eius sanaui: r ideo vt credo mihi perpecit. ait rex. Ex quo leo nō nocuit tibi ego tibi parcaȝ: a modo studeas vitam tuam corrigere. Ille vero gratias regi reddidit: r post hoc in omnibus est emēdatus: r finiuit vitam suam in pace.

¶ Moralisatio

Karissimi. Miles iste qui venatus est: est homo mundanus: qui quotidie studet quomodo bona mundana poterit acquirere. Leo claudicās est totum genus humanum: quod per peccatuȝ primi parentis claudicabat anteq̄ spina. id est peccatum originale per baptismū erat extractum: r cum vngento bonorum virtutum saluatum. Post hoc miles ɔtra regem deum omnipotentem surgit quotiēs mortaliter peccat: r v̄tutibus spoliat̄ quas in baptismo recepit sed leo scꝫ genus humanum capitur: quotiens diuinis preceptis obligatur r in foueam penitentie proijcit̄. Si vero miles homo peccator in eadem fouea proijcitur maluȝ corporis ei euenire potest: r etiam bonum: quia salutem anime potest promereri. Quam nobis concedat rc.

¶ De vicissitudine cuiuslibet boni r presertim recte iudicantium

Capitulum. cv.

Theodosius regnauit prudēs valde qui lumen oculorum amiserat qui quandam legeȝ dedit q̄ quedam campana in palacio esset posita: r quicunqȝ causaȝ aliquam tractare haberet: cordam campane proprijs manibus pulsaret. Ad cuius pulsationeȝ iudex qui ad hoc esset ɔstitutus descenderet: r vnicuiqȝ iusticiam faceret. Erat autem quidam serpens qui sub corda campane nidum fecerat. Et infra breue tempus pullos produxit: r cum

pulli ambulare poterant perrexit quodam die ad spaciandū cum pullis extra ciuitatē. Cum vero serpens absens esset buso nidū eius intrauit et occupauit. Serpens cū pullis rediens et busonem nidum occupantem videns contra eum pugnauit sed busonem deuincere non poterat: et sic buso nidum occupauit. Serpens cum hoc vidisset caudaꝫ circa cordam campanam inuoluit: et fortiter traxit ac pulsauit: ac si diceret Descende iudex: et fac mihi iusticiam: quia iniuste buso nidum meum occupat. Iudex cuꝫ campanā audisset descendit: neminem videns iterato ascendit. Hoc videns serpens iterū pulsauit. Iudex hoc audiens descendit: et cum serpētem cordam trahentem vidisset: et busonem locum eius occupantem ascendit et totum regi denunciauit. Ait ei rex. descende et non tantum busonem expelle sꝫ illum occide: vt serpens locum suum occupet. quod et factū est per omnia. Post hec vero vna dierum cum rex in stratu suo iacuisset serpens cameram suam intrauit. portansqꝫ in ore suo lapidem preciosum. Hoc cum vidissent serui regi dixerunt de introitu serpentis. at ille. Nolite eum impedire credo quod nullū malū mihi faciet. Serpens sup lectum eius ascēdit et versus faciem eius perrexit. Cum vero ad oculos eius venisset lapidem sup os cadere permisit: et statim cameraꝫ exiuit. Cū vero lapis duos oculos eius tetigisset rex clarum visum recepit. Non modicum gaudens serpentem requiri fecit: sed non est inuentus: lapideꝫ secum custodiuit et vitaꝫ in pace finiuit.

¶ Moralisatio

Carissimi. Rex iste potest dici quilibet homo mundanus qui tenet regere seipsum: et tamen cecus ē quantum ad spiritualia: sed vidēs clare quātū ad tpalia. Campana suspensa est lingua predicatoris que certis temporibus debet pulsari. Corda campane est sacra scriptura per quam predicator debꝫ descendere et virtutes atqꝫ vicia intimare quomodo peccatores per virtutes poterunt celuꝫ ascendere et per peccata infernum introire. Serpens qui fecit nidum sub corda campane est discretus confessor qui habet se ponere sub sacra scriptura: et in nido. i. in corde peccatoris pullos. i. bonas virtutes ponere. Si vero aliquis sensus per peccatuꝫ sit infirmatus habet cordam sacre scripture pulsare: et tūc iudex. i. ratio debet descendere et omnia per veram confessionem excutere et corrigere. Sꝫ sepe contingit quod prelati et confessores sunt tepidi et negligentes: et pergunt extra ad mūdana: et sic subditi manent in periculo: quia buso. i. dyabolus locuꝫ occupat. Quid ergo est faciendum: certe vt confessor redeat ad peccatorem ducendo secuꝫ pullos. i. bonas virtutes. Serpens habet duo: primo portat venenum. Sic sacerdos dat venenum penitentie et antidotum absolutionis salutis anime: et debet contra dyabolum pugnare: informando peccatoreꝫ quomodo dyabolo est resistendum. et sic eum de corde peccatoris expellere. Deinde serpens lapidem portauit: sic discretus confessor per sacram scripturam debet peccatori lapidem. i. christuꝫ dare: De cuius virtute visum spiritualem potest recipere: et per consequens vitaꝫ eternam obtinere.

¶ Qꝫ est vigilandum contra fraudes dyaboli ne nos decipiat

¶ Capitulum. cvj.

Olim erant tres socij qui ad peregrinanduꝫ pergebant. Accidit quod cibaria preter vnum panem inuenire non poterant et erant famelici valde et dixerunt ad inuicem. Si iste panis in tres partes diuidatur vnicuiqꝫ pars non sufficeret ex nostris ad saturanduꝫ. habeamus ergo sanum consilium quomodo debeamus de isto pane disponere: ait vnus. Hic in via dormiemus et quilibet somnum habeat. Et ille qui maius mirabile viderit ille totū habeat panem. Responderunt alij duo. Bonum est consilium et inceperunt dormire: ille qui consiliuꝫ dederat surrexit: et ipsis dormientibus panem totaliter comedit nec vnicam micam socijs dimisit. Hoc facto socios suos excitauit dicens. Surge, velociter tps est vt quilibet somnium suum dicat. ait primus. Carissimi mirabile somnum vidi. sciꝫ vnam scalam auream de celo descendenteꝫ per quam angeli descenderunt et aiaꝫ meā vsqꝫ ad celum de corpore meo extraxerunt

quando ibi eram patrem et filium et spiritū sanctum vidi: ꝛ tantum gaudiū circa aīam meaꝫ erat quod oculus non vidit nec auris audiuit quod ibidē percepi: et istud est somnium meum: ait secūdus. Et ego vidi ꝙ demones cum instrumentis ferreis ac ignitis animam meam de corpore meo traxerunt: et ibidem me male tractauerunt ꝛ dixerūt. q̄diu deus regnat in celo ꝑmanebis in isto loco: ait tercius. Audite somniuꝫ meū: mihi videbatur ꝙ quidam angelus ad me venit et ait. Carissime vis videre vbi sūt socij tui respondi. Etiā domine: inter nos habemus vnum panem diuidere timeo ꝙ cum pane recessisset: ait ille. Nō est ita: sed panis iuxta nos est sequere me: duxit me ad portaꝫ celi caput meum tantum ꝯm preceptum suum infra portaꝫ posui et vidi te: ꝛ videbat̄ mihi ꝙ ad celū raptus fuisti et sederes in throno aureo ꝛ multa cibaria ac vina optima ante te: dixitq; angelus mihi. Ecce socius tuus abundat in omni gaudio et cibariis ꝛ ibidē ineternū permanebit: quia qui semel regnū celeste intrauerit exire non poterit: iā mecū veni et ostendam vbi alius socius tuus est. Cum vero secutus illum fuissem duxit me ad portas inferni et ibi vidi te sicut dixisti in penis grauissimis: ꝛ cum tibi quotidie ministrabatur panis et vinuꝫ in magna copia tunc a te quesiui o carissime socie mihi displicet ꝙ in istis penis iaces. Tu vero respondisti mihi ꝙ q̄diu deus regnat in celo hic ꝑmanebo quia hoc merui. Surge ergo cito et totū paneꝫ comede: quia āmodo nec me nec sociū nostrū videbis. Ego vero cū vidi surrexi: et sicut dixisti panem comedi.

¶ Moralisatio

Carissimi. Per istos tres socios tria genera hominum intelligere debemus. per primuꝫ saracenos ꝛ iudeos: per secundum diuites ꝛ potentes huius mundi: per tercium viros perfectos sicut sunt religiosi ac ceteri homines deum timentes: per paneꝫ rotundū regnū celeste intelligere debemus. Panis iste scꝫ regnū celeste diuidatur inter tria genera hominū ꝯm merita sua aliqui maius aliqui minus. Primi scilicet saraceni ac iudei dormiunt in peccatis suis et credunt se celum habere Similiter saraceni per promissionē machometi cuius legem tenent qui eis promisit in celo regnare. Iudei etiaꝫ credunt per legeꝫ mosaycaꝫ illud obtinere: ista creditio est q̄si somnus. Secundus socius cui somniauit se esse in inferno sūt isti diuites ac huius mūdi potentes qui sine aliqua dubitatiōe per predicatores ac confessores sciunt ꝙ si in peccatis sine contritione decedunt ꝙ ad infernū descendant et ibi eternaliter puniantur: et hoc nō obstante peccata super peccata accumulant: ꝛ ideo de diuitibus scribitur. Ubi sunt potentes mundi huius qui cum canibus et auibus ludebant: mortui sunt ꝛ ad infernuꝫ descenderūt. Tercius socius scꝫ christianus qui non in peccatis nec in mala fide dormit sed bonis operibus vigilat per consiliū angeli id est spiritussancti dona vitam suaꝫ sic diriget vt paneꝫ scꝫ regnum celeste habeat

¶ De memoria mortis et non delectando in temporalibus

Capitulum. cvij.

Erat quedā imago in ciuitate romana que rectis pedibus stabat: habebatq; manū dextrā extensaꝫ ꝛ super medium digitum erat superscriptio Percute hic. Imago ista a longo tēpore sic stabat eo ꝙ nullus sciebat quid hoc significaret: percute hic. Multi amirati sunt et sepius ad imagineꝫ venerunt tytulum respiciendo et sic recesserūt: quia superscriptionem penitus ignorabant Erat quidam clericus subtilis qui cū de imagine audiuisset multum solicitus erat eaꝫ videre. Quū autē eam vidisset et superscriptionē legisset: percute hic: vidensq; solem super imaginē per solis vmbram digitum discernebat per quē dicebat. Percute hic: statim ligonem accepit: et vix per distantiaꝫ trium pedum fodiebat: et quosdam gradus descendentes inueniebat. Clericus non modicū gaudens super gradum descendit quousq; sub terra nobile palacium inuenit aulam intrauit: vidensq; regeꝫ et reginā ꝛ multos nobiles in mensa sedentes respexit: et circumquaqꝫ totam aulam plenam hominibus: ꝛ omnes erant vestibus preciosis induti; nullus ex omnibus

vnicum verbum ei loquebatur: respexitq3 ad vnum angulum: et vidit lapidem positum qui vocatur carbunculus a quo tota domus lumen recepit: et ex opposito carbunculi in angulo hominem stantem habentemq3 in manu sua arcum paratum cum sagitta ad percutiendum et in fronte eius erat scriptum. Ego sum qui sum: nullus arcum meum vitare potest: et precipue carbunculus ille qui relucet tam splendide. Clericus cum hoc vidisset amirabatur cameram intrauit et mulieres pulcerrimas in purpura et pello operantes inuenit et nullum verbum ei dixerunt. Deinde stabulum equorum intrauit et optimos equos et asinos et sic de ceteris inuenit: eos tetigit et ad tactum suum lapides apparuerunt: hoc facto omnia habitacula palacij visitauit: et quicquid cor eius desiderabat hoc inuenit. Deinde sicut prius aulam intrauit: et de recessu cogitabat ac in corde suo dicebat. mirabilia vidi hodie et quicquid cor desiderat hoc poterat inuenire: veruntamen nullus dictis meis credet de istis que vidi: et ideo bonum est in signum veritatis aliquid mecum portare ad mensam superiorem respexit ciphos aureos ac cultellos optimos vidit: ad mensam accessit vnum cyphum cum cultello de mensa leuauit vt secum portaret. Cum vero in sinu suo collocasset: imago que in angulo cum arcu et sagitta stabat ad carbunculum sagittam direxit et illum percussit et in multas partes diuisit: in continenti tota aula facta est sicut nox tenebrosa. Clericus videns totaliter est contristatus viam exeundi propter nimiam obscuritatem inuenire non poterat: et sic in eodem palacio misera morte mortuus est.

¶ Moralisatio

Karissimi. Ista imago que dicit percute hic est dyabolus qui circuit querens quem deuoret: qui habet manum extensam id est potestatem super peccatores decipiendos qui dicit: percute hic id est homini auaro dicit percute hic in terra bona mundana appetendo cor tuum in terrenis ponendo. Clericus qui venerat postquam alij recesserunt est homo cupidus siue auarus: quia sicut bonus clericus die ac nocte studet vt scientiam sibiipsi imprimat et alios doceat: nec satiari poterit qui semper noua inuenit. Eodem modo homo cupidus die ac nocte studet in terra et mari quomodo poterit bona mundana acquirere: nec oculi eius satiantur: et ideo contra tales dicit Seneca Cum omnia peccata senescunt sola cupiditas iuuenescit. Illi qui venerunt ad imaginem sunt boni christiani et precipue religiosi qui mundum respiciunt quantum ad victum et vestitum et sic recedunt: nec superscriptionem dyaboli curant tales pericula euadent. Clericus vero per vmbram digiti in terram percussit: sic auarus per vmbram scilicet mundi vanitatem que est quasi vmbra transiens: accipit ligonem id est corpus condensum et assensum ac intellectum per que diuitias mundi incipit fodere. Cum vero gradus inuenit descendit Primus gradus est superbia. Secundus concupiscentia oculorum. Tercius concupiscentia carnis. Per istos gradus et alios diuersos cupidus descendit: et pulcrum palacium vt ei videtur plenum hominibus ac vanitatibus inuenit scilicet mundum istum in quo et in quibus miser homo miro modo delectatur. Imago que cum arcu stabat est mors: que semper est parata quemlibet nostrum percutere sicut dicit scriptura in fronte. Ego sum scilicet mors quia multo tempore in mundo isto introducta sum per peccatum primi parentis: et nullus poterit quantumcumq3 diues generosus aut fortis arcum meum euadere. Carbunculus est vita hominis quamdiu vita in eo manet dat ei lumen: carbunculus id est vitam potest habere: sed tamen auarus melius credit ac sperat viuere. Et bona mundana que intelliguntur per cyphum et cultellum in sinu suo scilicet in archa sua credit includere: veniet mors et percutiet cum sagitta id est cum graui infirmitate vitam suam: et statim fit obscuritas intantum quod omnes sensus lumen suum ac virtutem amittunt: et iacet corpus ibi mortuum et miserabiliter: quia infra triduum incipit fetere: tunc dyabolus animam rapit: amici et consanguinei bona sua que cum maledictione dei acquisiuit obtinebit: cadauera terra: ac vermes corpus occupabunt. et sic nihil peccatori relinquitur nisi pena eterna. Studeamus ergo nos etc.

¶ De promissionis fidelis constantia Capitulum. cviij.

Erat quidam imperator in cuius imperio erant duo latrones ad

inuicem confederati iuramento vt nullus a liũ dimitteret in necessitate: sed quilibet pro altero vitã poneret: multa mala ad inuicẽ perpetrauerunt scꝫ furtum et homicidium. Accidit semel ꝙ vnus sine altero et eo absente cum furto captus erat et in carcerem in compedibus positus. Quo audiens socius eius alter latro ad eum venit et dixit. Carissime socie dic mihi in fide ĩ qua ligati sumus quid fiet tibi: at ille. Ut mihi videtur mori debeo ꝙ cõprehensus sum cum furto si velles tantũ facere istud quod tibi dixero semp essem tibi obligatus. Uxorem et paruulos ac familiam habeo de eis nihil ordinaui: nec de bonis meis si in loco meo posses expectare in carcere pro me hoc poteris a iudice inquirere donec ad domum vadã et de vxore et de familia et de bonis meis ordinauero et tempore debito reuertar et liberabo te: at ille. Istud satis fideliter adimplebo: perrexit ad iudicem et ait. Domine mi amicus meus captus est ꝛ ĩ carcere positus mortem vt credo euadere non potest: si placet tantum vnam petitionem a vobis peto vt eum licentietis ꝙ ad domũ propriã accedere possit vt ante mortẽ suã de vxore et familia poterit disponere: ego vero vt de eo sis securus loco suo ĩ carcere remanebo donec venerit: ait iudex. Tali die iudicium de eo et de aliis fiet: si vero eodem die non venerit quid ad hoc respõdebis: at ille. Domine omnem securitatẽ que tibi placet adimplebo ꝙ si non venerit pro eius amore mortẽ sustinebo: ait iudex. Petitionẽ tuã exaudiam ita tamen ꝙ te in vinculis habeã quousqꝫ ipse redierit: et ille. Bene placet mihi: tunc iudex posuit ipsum in carcerẽ ꝛ alium libere misit abire. Ille vero domum recessit de vxore prole et familia ordinauit: et tamdiu moram fecit scꝫ ad tercium diem iudicij in qua omnes malefactores coram iudice sunt presentati. Inter alios ille qui ꝓpter se carceri obtulit pro amico suo est presentatus: ait ei iudex. Ubi est amicus tuus qui hodie deberet redire ꝛ te liberare ac saluare: at ille. Domine spero ꝙ nõ deficiet Iudex vero diu expectabat si veniret: ꝛ nõ dum venit: statim dedit pro sentencia vt ad patibulum duceretur: et sic factum est. Cũ vero ad patibulũ venisset. ait ei iudex. Carissime imputes tibi et non mihi ꝙ nũc morieris: dixisti ꝙ amicus tuus veniret et te liberaret: ait ille. Domine ex quo mori debeo instanter peto vt ante mortem meã pulsare potero: ait iudex. Cuiusmodi pulsatio erit illa: qui ait. Ante mortẽ meã tribus vicibus clamare: ꝛ ille. Mihi placet: ille icepit alta voce clamare primo secundo et tercio: respexit circumquaqꝫ et hominẽ agili cursu venientẽ vidit a longe: ꝛ ait iudici. Mortẽ meam differas: ecce hominem venientem video forte iste est socius meus qui me hodie liberabit. Iudex vero cum ipsum venientẽ audisset expectauit: et ecce socius eius venit et ait. O domine ego sum ille qui de bonis meis disposui et amicus meus interi in periculo mortis pro me stetit: illum libere permittas abire: quia paratus sum pro peccatis meis mortem sustinere: iudex respexit eũ et ait. O carissime dic mihi causam q̃re ad inuicẽ estis ita fideles: et ille. Domine a puericia quilibet alteri fidem dedit vt in omnibus fideles essemus: et hec est causa quare ipse ĩ loco meo se posuit quousqꝫ de domo mea ordinassẽ: iudex ait. Ex quo ita est tibi mortem remitto et sitis mihi fideles de cetero mecũ manebitis et de prebenda vobis necessaria prouidebo per omnia: at illi. Domine omnem fidelitatem ammodo promittimus vobis. Iudex igitur eos recepit ad gratiam: et omnes iudicẽ laudabant qui fecit eis talem misericordiam.

¶ Moralisatio

Carissimi. Rex iste imperator est pater celestis. Duo latrões aĩa et corpus qui facti sunt per pc̃m socij scꝫ in baptismo ad inuicem vniti ita ꝙ quilibet alteri fidẽ dedit aliũ in necessitate non deficere quando dixerunt. Abrenuncio dyabolo et põpis eius: ꝛ post hoc facti sunt socij in omnibus operibus: sed vnus sine altero est captus ꝛ fortiter aduinculatus quã do homo mortaliter peccat aĩa sub iugo dyaboli manet. Alter socius scꝫ corpus hinc inde in deliciis suis vacat: sed bonus christianus deo dilectus cum itelligit ꝙ anima in peccatis iacet: ꝛ per ꝯsequens in carcere dyaboli habet se offerre loco eius hoc est in loco penitentie permanere quousqꝫ anima ad vxorem id est conscientiam pergat: ꝛ cũ

ra disponit. de prole et familia id est de diuinis preceptis et peccatis quot et quantum contra diuina precepta deliquit: et quamdiu in peccatis permansit: et pro quolibet peccato debet satisfacere deo. Sed dic mihi quomodo certe per orationem ieiunium et elemosinam. Interi corpus debet clamare tria videlicet Prima vox est amara contritio. Secunda integra confessio. Tercia plena satisfactio. Statim ad istos clamores anima que iam domum consciencie disponit ad te veniet in forma debita: et ambo scilicet corpus et anima regnabunt in eterna tabernacula: ad que nos ducat dominus noster iesus christus etc.

Quos ditat dyabolus per auariciam in fine decipit ad gehennam.

Capitulum.cix.

Quidam faber diues iuxta mare in quadam ciuitate manens valde auarus et malus erat: multam pecuniam collegit et vnum truncum impleuit et ipsum iuxta ignem posuit in conspectu omnium vt nullus de eo suspitionem haberet quod pecunias contineret. Accidit semel cum omnes somno essent oppressi mare domum intrauit intantum quod truncus cum pecunia natabat et quando mare recessit truncum secum abstulit: et sic truncus natabat per mare multa miliaria quousque peruenerat ad vnam ciuitatem in qua erat quidam homo qui commune hospicium habebat. Homo ille mane surrexit videns truncum natare ad terram duxit credens nihil aliud esse quam quoddam lignum ab aliquo proiectum vel derelictum. Ille homo erat valde liberalis et largus erga pauperes et peregrinos. Accidit vna dierum quod peregrini in eius domo hospitati sunt et erat tempus frigidissimum hospes cum securi lignum scindit et post tres vel quatuor ictus sonitum audiuit: deinde scindens et pecuniam inueniens gauisus est: et sub custodia posuit si aliquis veniret cuius esset reddere vellet. Faber vero de ciuitate in ciuitatem iuit querendo pecunias suas venit ad ciuitatem et ad domum hospitis qui truncum inuenit: cum mentionem de trunco perdito faceret audiens hospes intellexit quod pecunia eius fuit: cogitauit intra se. Iam probabo si voluntas dei fuerit vt pecuniam ei reddam. Fecit fieri hospes tres pastillos de pane. Primum impleuit terra.

Secundum ossibus mortuorum. Tercium cum pecunia quam inuenit in trunco: hoc facto dixit fabro. Volumus comedere tres bonos pastillos de optimis carnibus quas habeo: quemcunque elegeris sufficientem habebis. Faber vero vnum post alium leuauit pastillum plenum terra magis ponderantem inuenit et illum elegit: et ait hospiti. Si plus indiguero illum secundum eligo ponens manum super pastillum plenum de ossibus mortuorum tercium pastillum tibi habeas. Hospes hoc videns in corde suo dicebat. Iam clare video quod voluntas dei non est quod ille miser pecuniam suam habeat: statim pauperes ac debiles cecos et claudos vocauit: et in presentia fabri pastillum aperuit et ait. Ecce miser pecuniam tuam quam manibus tuis tradidi: tu potius pastillos de terra et de ossibus mortuorum elegisti: et bene: quia deo non placuit vt pecuniam illam rehaberes. Hospes statim coram oculis suis totam pecuniam illam inter pauperes diuisit. Et sic faber cum confusione magna recessit.

Moralisatio

Carissimi. Faber iste potest dici quilibet homo mundanus qui potius nititur mundo seruire quam creatori nostro. Per truncum istum vndique clausum cor cuiuscunque auari intelligitur quod semper est clausum quo ad celestia. Pecunia inclusa sunt quedam opera meritoria que aliquando miser homo committit ex timore dei compulsus. Mare quod fluit et refluit est mundus iste qui rapit de corde auari quicquid boni commiserat non tantum virtutes quas in baptismo recepit: sed bonas cogitationes cordis Math. vj. Vbi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Hospes qui truncum inuenit est bonus prelatus vel confessor discretus qui tenetur circa peccatores diligentiam habere et eorum corda et facta scrutari et inuestigare quomodo poterunt ad vitam rectitudinis duci Unde homo tenetur sequi viam per quam poterit salutem inuenire scilicet ad confessionem currere et in domo ecclesie hospitari et eius preceptis obedire: tunc confessor debet ipsi tres pastillos ostendere vt vnum eligat de istis per quem famem peccati extinguere possit Primus enim pastillus erat plenus terra: et designat mundum quem si mundanus homo elegerit in vita ista nihil aliud inueniret nisi

terram puram id est sepulcrum vix septem pedes continens: quia omne quod est in mundo aut est superbia vite: aut concupiscentia oculorum: aut concupiscentia carnis: immo totus mundus in maligno positus: ergo ve illis qui mundana eligunt. Memento ergo homo quia cinis es et in cinerem reuerteris. Secundus pastillus erat plenus ossibus mortuorum: et signat carnem id est carnales homines vt sunt ociosi gulosi et luxuriosi: qui cum omni studio intendunt carni placere: contra tales dicit Apostolus. Si secundum carnem vixeritis moriemini: tunc inuenietis opera vestra quasi ossa arida que nihil aliud valent nisi vt comburantur. Ve ergo illis qui illum pastillum scilicet carnales delicias eligunt. Tercius pastillus erat plenus argento et auro puro: et ille designat celum empireum in quo est thesaurus infinitus: pauci sunt respectiue qui manum ad illum pastillum ponant vnde Math. vij. Lata est via que ducit ad infernum: stricta que ducit ad celum: ideo pauci per eam ambulant. Quid ergo est faciendum: certe vocandi sunt pauperes et debiles id est iusti atque sancti qui in vita ista per tribulationes multas propter deum transierunt et multas miserias sustinuerunt: talibus dicetur illud Math. xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est: ad quod nos perducat qui sine fine etc.

De mirabili errantium reuocatione et afflictorum pia consolatione

Capitulum. cx.

Trayanus imperator regnauit: in cuius imperio erat quidam miles nomine placidus qui erat magister militie ex parte imperatoris. Iste erat in operibus misericordie valde assiduus: sed tamen ydolorum cultui deditus. Habebat autem vxorem eiusdem ritus et misericordie existentem duosque filios ex ea procreauit quos iuxta suam nobilitatem magnifice educari fecit. et quia misericordie operibus sedule insistebat: ad viam veritatis meruit illustrari. Quadam enim die cum venationi insisteret gregem ceruorum reperit inter quos vnum ceteris speciosiorem et maiorem conspexit qui ab aliorum societate dissedens in siluam vastiorem prosiliit: vnde cum alij milites circa ceteros ceruos occupati essent: placidus illum toto nisu insequebatur et ipsum capere nitebatur: quem cum totis viribus insequeretur ceruus tandem super quandam rupis altitudinem conscendit: et placidus appropians qualiter eum capere posset in animo sedule cogitauit qui cum ceruum diligenter inspiceret et vidit inter cornua eius formam sancte crucis supra solis claritatem fulgentem: et imaginem ihesu christi qui per os cerui sicut olim per asinam balaam sic ei locutus est dicens. O placide quid me insequeris: ego tui gratia in hoc animali apparui tibi: ego sum christus quem tu ignorans colis: elemosine tue coram me ascenderunt: et ob hoc veni vt per hunc ceruum quem venabaris ego quoque venarer teipsum Alij tamen dicunt quod ipsa imago que inter cornua cerui apparuit hec verba protulit. Hoc audiens placidus nimio terrore correptus est: de equo in terram cecidit: et post vnam horam ad se rediens de terra surrexit et ait. Reuela mihi quid loqueris sic credam in te: et ait christus. Ego sum christus placide qui celum et terram creaui: qui lucem oriri feci et a tenebris diuisi: qui dies tempora et annos constitui: qui hominem de limo terre formaui: qui propter salutem humani generis in terris in carne apparui: qui crucifixus et et sepultus tercia die resurrexi. Audiens hec placidus iterum in terram cecidit et ait. Credo domine quod tu es qui omnia fecisti: et qui errantes conuertis: et dixit ad eum dominus Si credis vade ad episcopum ciuitatis et facias te baptisari: cui placidus. Vis domine vt hec eadem vxori mee nunciem et filiis vt et ipsi pariter in te credant: cui dominus. Nuncia illis vt et ipsi pariter tecum mundentur: tu quoque die crastina huc venias vt tibi rursum appaream: et que futura sunt plenius pandam. Cum ergo placidus domum venisset: et hec vxori in lecto renunciasset: exclamauit vxor eius dicens. Domine mi et ego alia nocte transacta vidi dicentem mihi. Cras tu et vir tuus et filij tui ad me venietis: et nunc cognoui: quia ipse est christus. Perrexerunt ergo media nocte ad episcopum ciuitatis rome qui eos cum magno gaudio baptisauit et placidum vocauit eustachium: vxorem theospitam: et filios eius theospitum et agapitum mane facto eustachius sicut consueuerat ad venationem processit et prope locum veniens

milites suos quasi sub obtentu investigãde venationis dispersit: statimqz in loco formã prime visionis aspexit: cadensqz in terram in faciem suam dixit. Supplico domine vt manifestes que pmiseras servo tuo: cui dominus. Beatus es eustachi qui accepisti lauacrum gratie mee qui modo dyabolum superasti: et modo eũ qui te deceperat pculcasti: modo apparebit fides tua. Dyabolus enim eo q ipsum dereliquisti ↄtra te sevier et variis modis armatur. Oportet enim te multa sustinere vt accipias coronã victorie oportet te multa pati vt de alta seculi vanitate humilieris: et rursus spũalibus divitiis exalteris. tu ergo ne deficias: nec ad gloriã pristinam respicias: quia per temptationes oportet te alterum iob demõstrari: sed cum humiliatus fueris veniã ad te et in gloriaz pristinã te restituam. Dic ergo mihi si temptationes mõ vis sustinere: aut in fine vite tue: dicit ei eustachius. Domine si oportet ita fieri modo iube temptationem accedere sed virtutem patientie tribue: cui dominus. Fortes estote: qz gratia mea custodiet aias vestras: sicqz dominus in celum ascendit et eustachius domum rediens hec vxori sue nunciauit. Post paucos igitur dies mors pestifera cunctos servos et ancillas eius invasit et vniversos occidit: deinde post alios dies omnes equi et oia eius pecora subito interierunt. Quidam autem scelestes eius depredationẽ videntes per noctez in domũ eius irruentes cuncta que repererũt asportaverunt et totam domum auro z argento et rebus aliis spoliaverunt: et ipse cũ vxore sua z filiis gratias deo agens nocte nudus aufugit: qui ruborez verentes egiptum pergebant: totaqz eius possessio per rapinam malorum ad nihilum est redacta. Rex aũt totusqz senatus pro magistro militum tam strenuo multũ dolebant eo q nullũ indiciũ de eo reperire poterant. Cum aũt iter agerent appropinquaverũt mari et inveniẽtes navi in ea navigare ceperunt. Videns aũt dominus navis vxorez eustachij q pulcra esset nimis ipsaz habere desideravit. Cum vero transfretassent naulũ ab eis exigebat non habentibus illis vnde solverẽt iussit p naulo retinere vxorez volensqz eam secum habere. Quod vt eustachius audivit nullatenus consentire voluit: eo contradicente innuit dominus nauis suis vt eum in mare precipitarent vt sic vxorẽ suã habere posset. Quod vt eustachius comperisset vxorem eis tristis reliquit: z duos infantes accipiẽs ingemiscens ibat dicens. Ve mihi z vobis quia mať vestra alienigene marito tradita est: pueniensqz ad quendã fluvium propter aquarum abundantiaz non est ausus cum duobus filiis ptransire: sed vno circa ripaz fluminis relicto alterum transportavit: qui cum fluvium transfretasset illum infantem quem baiulaverat super terraz posuit z ad accipiendum alium festinavit. Cum autez circa mediũ fluminis pvenisset: ecce lupus concitus venit z infantẽ quem deposuerat rapiens in silvã fugit: qui de eo desperatus ad alium festinavit: sed cum abiret leo advenit et alterum infantez rapuit z abscessit vnde cũ sequi non valens cũ esset in medio flumis cepit plangere et capillos suos evellere volens se in aquam proiicere nisi eum divina providentia cõservasset. Pastores aũt videntes leonez puerum vivũ portantez eum cũ canibus insecuti sunt. Per divinã autem dispensationem leo puerum illesum abiiciens recessit. Quidã insuper aratores post lupũ clamãtes de eius faucibus puez alium incolumem liberarunt. Vtriqz vero pastores et aratores de vno vico fuerunt z penes se pueros nutrierunt. Hoc autem eustachius nesciebat: sed merens ac plorans ibat dicens. Heu mihi qz ante vt arbor pollebam: sed modo penitus nudatus sum: heu mihi quia multitudine militum circumdari solebã: sed modo solus remanens nec filios concessus sum habere: memini domine te mihi dixisse: qz oportet me temptari sič iob ecce plus q iob aliquid in me fieri vides: ille enim et si omnibus nudatus fuerit tamen stercus habuit sup quo sedere potuit: mihi autez nihil horum remansit: ille amicos sibi compatientes habuit: ego feras habui inimicos que filios meos rapuerunt: illi vxor est relicta: a me vero ablata. Da requiem dñe tribulationibus meis z pone custodiaz ori meo ne declinet cor meum in verba malicie et eiiciar a facie tua: his dictis cũ lacrimis ad quendã vicũ abiit z data sibi mercede agros illoꝝ hoim p ãnos. xv. custodivit

Filij autez eius in altero vico sunt educati: nec se fratres esse sciebant. Dominus aūt nauis vxorez eustachij conseruauit: nec eā ille alienigena cognouit: sed potius eam intactam dimittens vitam finiuit. Imperator autem et populus romanus plurimum ab hostibus molestabaē: et recordatus placidi ꝙ strenue contra eos dimicasset de eius subita mutatiōe pluries tristabatur: direxitqꝫ multos milites per diuersas mundi partes promittens oibus qui eum inuenirent multas diuitias et honores. Quidaz autem ex militibus qui aliquando placido ministrauerant ad ipsum vicum in quo degebat venerunt: quos placidus de agro venit considerans eos ex incessu protinus recognouit et ingemiscendo perturbari cepit cogitans dignitaté quam olim habuit ꝛ in corde suo dixit. Domine sic istos qui aliquādo mecū fuerūt preter spem nunc vidi da vt coniugé meam videre possim: naz de filiis scio ꝙ a feris comesti sunt. venit enim ad eum vox dicens. Confide eustachi quia cito honoré tuū recuperabis et filios ꝛ vxorez recipies. Cum igitur militibus obuiasset ipsi eū minime cognouerunt: cunqꝫ eum salutassent quesierunt si aliquem peregrinum nomine placidum cum vxore et cum duobus filiis cognosceret. Ille autem se nescire ꝓfessus est: ad preces tamen eius in hospiciū diuerterunt et placidus eis seruiebat: ꝛ recolens pristinum statum suum lacrimas continere non poterat. Egressus autem foras faciez suam lauit et iterum rediens eis seruiebat. Illi vero considerantes ad inuicé dixerunt ꝙ similis est hic homo illi quem querimus. et respondens alter dixit. Valde similis est cōsideremus igitur si habet signū cicatricis in capite quod sibi i bello accidit ipse vero esset respicientes ꝛ signum videntes ipsuz esse qué querebant protinus cognouerunt et insilientes ꝛ osculātes eum de vxore sua ꝛ filiis sciscitati sunt: qui dixit ꝙ filij mortui essent et vxor detenta. Vicini autez omnes ad spectaculum concurrebant: dum milites virtutem et primā gloriam narrabant: tunc preceptū imperatoris milites ei exposuerūt et optimis vestimentis ipsū induerunt. post iter .xv. dierum ad imperatorem venerunt: qui eius aduentum audiens eidem ꝓtinus occurrit: et in oscula pacifica eius ruit: narrauitqꝫ omnibus per ordinem cuncta que sibi acciderant: statim ad magisteriū milicie trahitur et idē officiū quod habuerat prius exercere cōpellit: qui numeratis militibus ꝛ paucos ꝯtra hostes esse cognoscés iussit tyrones colligere per oēs ciuitates ꝛ vicos. Contigit autem et illam terram describi in qua filij sui educati fuerant vt darent duos tyrones. Uniuersi aūt eius loci incole illos duos iuuenes tāꝙ pre ceteris aptiores magistro militū consignauerunt. Videns ergo illos duos iuuenes elegantes ꝛ moꝝ honestate compositos cum sibi plurimum placuissent inter primos in acie ordinauit: ꝛ sic profectus ad bellum subiectis hostibus exercitum suum tribus diebus in quodā loco vbi vxor sua hospita manebat requiescere fecit: vbi hospitati sunt filij ignorantes tamē omnino ꝙ mater sua esset: ꝛ sedentes circa meridiem et mutuo confabulantes exponebant sibi inuicem de infantia sua. Mater vero illorum duoꝝ iuuenum ecōtra sedens que ipsi referebant attentius audiebat: dixit maior minori. Ego dum infans essem nihil omnino recolo nisi ꝙ dilectissimus pater meus magister militum erat: et mater mea valde speciosa: duosqꝫ filios habuit scꝫ me et aliū minorez me: qui etiā ipse alius frater meus valde speciosus erat: accipientesqꝫ nos scꝫ me et fratrē meum parentes nostri egressi sunt de domo paterna nocte: ingressiqꝫ sūt ambo simul nauem me et fratrez meū secū recipientes nescio tamē quo euntes. Cūqꝫ autem de naui egrederemur mater nostra quomodo nescio i mari relicta est. Pater vero noster portans nos duos ꝑgebat flens perueniensqꝫ ad quendaz fluuium transiuit cum fratre meo minore: et me super ripam fluminis reliquit. Cum autem reuerteretur vt me acciperet lupus venit ꝛ illum infanté rapuit: et anteꝙ ad me appropinquaret leo de silua exiens me rapuit ꝛ in siluam duxit Pastores vero me de ore leonis eripuerunt: et nutritus sum in illa possessione in qua et ipse scis: et non potui scire quid factum sit de patre meo neqꝫ de fratre. Audiens hec minor frater cepit flere et dicere. Per deum vt audio frater tuus ego sum: quoniaz qui me educauerūt mihi dixerunt

Quomodo me eruerunt de faucibus lupi. et in amplexus ruentes osculabantur se inuicem et fleuerunt. Audiens hoc mater eorum: et considerans quod euentum suum ita seriati dixissent diu apud se tractauit si filij sui essent. Altera autem die magistrum militum adiit: et interpellauit dicens. Deprecor te domine vt me ad patriam tuam perduci iubeas: ego sum de terra romanorum et hic peregrina sum: hec dicens vidit in eo signa mariti sui: et eum cognoscens cum iam se continere non posset procidit ad pedes eius et ait. Precor te domine vt mihi exponas pristinam vitam tuam: puto enim quod tu sis placidus magister militum qui alio nomine eustachius nuncupatur quem saluator conuertit qui talem et talem temptationem sustinuit: cui vxor ... ego sum in mari ablata su..: que tamen ab omni corruptione seruata sum: que duos filios agapitum et theosbitum habui.. Audiens hec eustachius et ipsam diligenter considerans vxorem suam esse recognouit: et lacrimas pre gaudio fudit: ipsam osculatus est glorificans deum qui consolatur afflictos: tunc dixit ei vxor sua. Domine vbi sunt filij nostri: qui respondit. A feris capti sunt: et exposuit ei quomodo eos perdidit: et illa. Gratias agamus domino: puto enim vt quemadmodum deus donauit nobis vt inueniremus nos inuicem: dabit etiam recognoscere nobis filios nostros: at ille. Dixi tibi quod a feris deuorati sunt: cui illa. Hesterna die sedens in orto audiui duos iuuenes sic et sic suam infantiam exponentes credo quod sint filij nostri: interroga eos et dicent tibi. Conuocans autem eustachius eos et audiens ab eis infantiam suam recognouit quod filij sui erant: et amplectentes eos ipse et mater super eorum colla plurimum fleuerunt: et crebrius eos osculabantur. Omnis autem exercitus plurimum gaudebat de inuentione eorum et de victoria barbarorum. Cum igitur redirent contigit iam trayanum obijsse et successisse ei peiorem in sceleribus nomine adrianum: qui pro victoria obtenta et inuentione vxoris et filiorum magnifice eos suscepit et magnum conuiuium preparauit. Altera autem die ad templum ydolorum processit vt ibi sacrificaret pro victoria barbarorum. Videns autem imperator quod eustachius nec pro victoria nec pro inuentione suorum sacrificare vellet hortabatur vt sacrificium immolaret: cui eustachius. Ego christum deum colo et illi soli seruio et sacrifico. Tunc imperator ira repletus ipsum cum vxore et filiis in harena statuit: et leonem ferocem ad eos dimitti fecit. Accurrens vero leo et dimisso capite: quasi eos adorans ab eis humiliter recessit. Tunc imperator bouem ereum incendi fecit et eos ibidem viuos immitti mandauit. Orantes igitur sancti et se domino commendantes bouem intrantes ibidem domino spiritum reddiderunt. Tercia autem die sunt de boue coram imperatore extracti ita penitus intacti inuenti sunt quod nec capillos nec quicquam eorum vapores incendij aliquatenus contigerunt. Christiani vero eorum corpora tulerunt et in loco celeberrimo recondentes ibidem oratorium construxerunt. Passi sunt autem sub adriano qui regnare cepit circa annos domini. xx. kalendas nouembris: vel secundum quosdam. xij. kalendas octobris

¶ Expositio

Carissimi. Iste imperator est dominus noster ihesus christus. Placidus potest dici quilibet homo mundanus in vanitatibus seculi occupatus qui pergit ad venandum ea que sunt mundana cum militibus suis. i. quinque sensibus. Tandem venit ad gregem ceruorum in quibus multum delectatur. Cerui isti qui sunt inuenti sunt visus auditus etc: verba detractoria et vana et sic de aliis sensibus exterioribus. Sed attendatis quod ceruus pulcrior cucurrit et recessit a societate aliorum quem toto conamine insequebatur placidus. Ceruus ille est ratio que est optima potentia anime quam homo tenetur toto conamine in omnibus opibus sequi si desiderat habere vitam beatam. Ceruus ille ascendit ripam: ripa est iusticia siue rectitudo quam ratio semper diligit: et infra cornua rationis vidit imaginem crucifixi. Cornua sunt lex antiqua et noua In lege antiqua bene prophetisatum erat a multis de aduentu christi et de eius morte. In lege noua clare videre possumus quomodo et qua morte pro nostra salute mortuus est ideo ceruus ille bene dicit vt mundum despiciamus et ea que in mundo sunt vt sequamur vestigia christi sicut fecit placidus. Sed postea

dicere. Libenter essez instructus quomodo vestigia iesu christi sequi debeam. Ecce exemplum in isto beato Eustachio. Primo renuncia vxori z filijs: vxor illa que est speciosa valde est anima ad dei similitudinem creata que semper est parata christo obedire si caro ei consentiat. duo filij paruuli sunt quibus homo manet deo contrarius. Unde primo oportet per penitentiam in terraz cadere. deinde omnia temporalia a te repellere: si non opere tamen voluntate. Per hoc sic intelligendum q semper deū omnibus preponas. Post hoc placidus surrexit z cum vxore z filijs nocte nauem intrauit. Sic tu carissime surge per contritionem cum bona voluntate z bonis operibus z intra nauem sancte ecclesie: z deus in omnibus erit tibi propicius. Magister nauis est prelatus qui libenter nos retineret. Sed vxorem nostram .i. animam habet tenere in diuinis preceptis Et si contingat hominem vagari extra nauem ecclesie amittere potest duos filios scilicet voluntatem bonam z bonum opus que prius habuit erga deuz. sicut placidus fecit. Placidus intrauit fluuiuz z infantes portauit: z lupus vnum cepit z leo alium. Per fluuium mundum intelligere debemus. Per leonem dyabolum. Per lupum propriam carnem. Dyabolus rapit a corde hominis bonam voluntatē. Caro bonum opus. Katō dicit. Bonum est ieiunare z in bonis operibus vigilare. Caro dicit. Melius est bene comedere z suauiter dormire. Quid ergo est faciendum. Si illa duo ablata fuerint ab homine scilicet bona voluntate z opus meritorium: certe pastores z aratores habent cum canibus viriliter sequi. Pastores isti sunt confessores discreti qui habent nos dirigere z a via perditionis deducere. Aratores sunt predicatores: qui habent terram cordis nostri per sacraz scripturam arare: spinas peccatoꝝ euellere z virtutes inserere: vicia extirpare: z p consequens hominez in seruitio dei nutrire. ita q sint duo in vna ciuitate scilicet in vna dilectione z concordia: z caro spiritui nō contradicat. Tunc rex misit ad querenduz placidum. Sic deus misit primo patriarchas ad hominem: secundo prophetas. Sed homo nolebat fateri eos cognoscere donec filius dei venit z nos suo precioso sanguine redemit. ideo iustum est vt hospitium domus nostre sit mundum per opera meritoria in quo non sit peccatum. Et sic apparebit vxor munda z speciosa scz anima cum duobus filijs .i. cum voluntate propria deo semper seruiendo per opera misericordie z videas q signuz habeas per quod poteris cognosci sicut placidus habuit: Signum illud debet esse dilectio dei z proximi vt deū super omnia diligas. z proximum tuum sicut teipsuz: Et sic poteris fieri magister scz omnium sensuum eos recte dirigendo. Et sic per martyrium macerationis ad vitam eternam peruenire. Quod nobis zc.

¶ De custodia z circumspectione habenda ad gregem commissum

¶ Capitulum .c[x]

Quidam nobilis quandam vaccam candidam habuit quaz multum dilexit propter duo. Primo quia candida erat. Secundo quia in dando lac abundauit. Nobilis ille pre nimio amore ordinauit q vacca duo cornua aurea habuit. z intra se cogitauit cui posset vaccam ad custodiendum dimittere. Erat enim tūc temporis quidaz homo nomine argus qui verax in omnibus erat. z centuz oculos habebat. Nobilis iste nuncium ad argum misit vt sine dilatione vlteriori ad eum veniret Qui cum venisset ait ei. Vaccam meā cuz cornibus aureis tue custodie ꝯmitto. Et si bene custodieris te ad magnas diuitias ꝓmouebo. si vero cornua fuerint ablata morte morieris. Argus vero vaccam cum cornibus recepit: z secuz duxit: singulis diebus cum ea ad pascua perrexit. z diligenter custodiuit z de nocte eam domum reduxit. Erat quidam homo cupidus nomine mercurius subtilis valde in arte musicali Qui miro modo vaccam habere cupiebat sepe ad argum venit vt prece vel precio cornua ab eo obtineret. Argus tenens in manibus baculum pastoralem quā se in terram fixit z ait baculo in persona domini sui. Tu es dominus meus nocte ista ad castrum tuuz veniam: tu dicis mihi: vbi est vacca cuz cornibus: ego respondeo. Ecce vacca sine cornibus: me enim dormiente latro quidā cornua abstulit. Tu dicis. O miser nonne cen

tuꝫ oculos habes: quomodo erat ꝙ omnes dormirent ⁊ latro cornua abstulit. Hoc est mendacium. Et sic ero filius mortis. Si dicam vendidi filius mortis ero domino meo Deinde ait mercurio. Perge viam tuam quia nihil obtinebis. Mercurius recessit: ⁊ altera die cum arte musicali ⁊ suo instrumento venit. Qui cum venisset incepit cuꝫ argo more histrionico fabulas dicere. ⁊ plerumqꝫ cantare quousqꝫ duo oculi argi inceperunt dormire. Deinde ad cantuꝫ illius duo alij oculi dormitauerũt: ⁊ sic deinceps donec vniuersi somnũ caperent. Quod cernens mercurius caput argi amputauit Et vaccam cum cornibus aureis rapuit.

¶ Moralisatio

Carissimi. Ille nobilis est dominus noster iesus christus. Vacca candida est anima ad dei similitudinem creata que dum manet in puritate vite dat lac innocationis ⁊ orationis propter que duo multum a deo diligitur: ⁊ ideo dedit ei cornua aurea: quia per vtrumqꝫ saluati sunt plures homines post morteꝫ xpi: Vacca illa cum cornibus traditur argo. i. prelato Unde argus cum centis oculis claris virum prouidum ⁊ discretum ac vndiqꝫ circumspectum significat qui semper habet vigilare iuxta gregem sibi commissum Unde Ezechie. iij. dicitur prelato. Si non ãnunciaueris ei neqꝫ locutus fueris vt auertatur a vita sua impia vt viuat. ⁊ ipse impius in iniquitate sua moreretur sanguinem eius de manu tua requiram. Si aũt annunciaueris impio ⁊ ille non fuerit conuersus: ab impietate sua ⁊ a via sua pessima Ipse quidem in iniquitate sua morietur: tu aũt animam tuam liberasti. Sed heu multi baculum pastoralem. i. potestatem suam ante oculos hominum ostendunt vt videantur: ⁊ vt ab hominibus honorentur. Sed sepe contingit cuꝫ venerit aliqua temptatio dyabolica: scilicet audiendo cantus musicales. i. mulierum. Que cum sepe ab hominibus libenter audiuntur ⁊ in illis delectantur intantum ꝙ a sue circumspectionis vigilantia cadunt ⁊ dormiente ipsorum prudentia spiritualiter pereant ⁊ vaccaꝫ. i. animã quã diligenter seruare debent per peccatũ amittunt. Unde caput a talibus amputatur. i. beata vita quam deo promiserunt per opa meritoria seruare. Mercurius id est dyabolus aufert ab eis vitam eternam ducendo vaccam. i. animam ad infernum. a quo nos custodiat dominus noster iesus cristus qui cum patre ⁊ spiritusancto sine fine viuit et regnat Amen.

¶ De curatione anime per medicinam summi celestis medici qua quidam curantur ⁊ quidam non

¶ Capitulum. cxij.

Gorgonius regnauit qui vxorem pulcram accepit que concepit et peperit filiuꝫ. Puer creuit ⁊ ab omnibus est dilectus. Cum autem decem annos in etate habuit mortua est mater eius ⁊ tradita honorifice sepulture. post hoc rex consilio multorum rex aliam vxoreꝫ duxit que filium prime vxoris non dilexit sed opprobria multa sibi intulit. Rex autẽ hoc percipiens volens placere vxori filiũ suum extra imperium ordinauit. Filius sic expulsus artem medicine studuit ⁊ intantum profecit ꝙ factus est magnus ⁊ perfectus medicus. Audiens rex ꝙ filius suus in studio profecit: gauisus est valde. Accidit infra tempus breue ꝙ rex in grauem infirmitateꝫ cecidit: literas pro filio destinauit: vt ad eum sine vlteriori dilatione veniret. ⁊ eum ab infirmitate liberaret. Filius vero vt voluntatem patris intellexit ad patrem venit ⁊ cuꝫ perfecte curauit. Unde fama eius per totum regnum volauit. Post hec regina nouerca eius vsqꝫ ad mortem infirmabatur ⁊ medici ex omni parte sunt adducti qui omnes eam ad mortem iudicabant. Hoc pcipiens rex contristatus est valde. rogauit filiuꝫ vt eam curaret. At filius ait. Petitionem vestram implere nolo. Cui pater. Extra regnum meum te expellam Cui filius. Si sic agitis iniuste mecum facitis. Pater ac benigne genitor bene constat vobis ꝙ me filium vestrum extra regnum expulistis propter eius suggestionem: vnde mea absentia dilectissime pater fuit causa vestri doloris ac infirmitatis: mea presentia est causa doloris ⁊ etiaꝫ infirmitatis regine videlicꝫ nouerce mee: ideo nolo eam curare: sed potius volo ab ea recedere. Ait pater filio suo. Eundem morbum habet regina nouerca tua

quem ego habui me patrez tuum perfecte curasti: sic z novercam tuam cura. Respondit filius patri. Pater mi dilecte licet sit eadem infirmitas non tamen eadem complexio e tibi z sibi. Quicquid ergo tibi feci gratum z ratum habuisti: quando palacium intravi z me vidisti curatus fuisti. Noverca mea quando me videt gravatur. Si loquor intenditur dolor: si tangam eam extra seipsam rapitur. Et ideo nihil magis expedit egris curandis nisi dare eis quod volunt z quod desiderant. Et sic per tales allegationes filius evasit z noverca defuncta est.

¶ Moralisatio

Carissimi. Rex iste potest dici primus parens adam qui locum z imperium habebat. s. paradisum quem deus dominum totius mundi constituit. Psal. Omnia subiecisti sub pedibus zc. Qui desponsavit pulcram uxorem. id e animam ad dei similitudinem creatam ex qua genuit filium. i. christum sua progenie productum quantum ad humanitatem. uxor. i. anima moritur spiritualiter per peccatuz quod commisit: statim duxit aliaz uxorez. s. iniquitatem z miseriam in quam cecidit per quam paradiso privabatur: z in isto mundo ponebatur ubi in sudore z labore vixit. Filius dei qui erat de sua progenie secundum carnem de imperio celesti propter nostram infirmitatez z iniquitatez descendit qui factus est noster medicus omnes infirmitates curat mirantium q fama eius in celo z in terra z in inferno volavit. Sed pater noster adam gravius infirmabatur per peccatum commissum tam in corpore q in anima. In corpore perdidit gloriam z honorem quando de paradiso e expulsus. in anima: quia a deo separatus est in infernum collocatus. Deus vero optime z perfecte illum sua benedicta passione curavit. sed novercam scz dyabolum cui per peccatum coniunctus erat nunq volebat curare. Dic mihi quare cum habuerunt eandem infirmitatem: quia ambo per peccatum ceciderunt. Ad hoc dico. Licet ambo peccaverunt tamen alio z alio modo: Diabolus sine suggestione z ex propria malicia. Homo vero per dyabolum temptatus z ex fragili materia plasmatus in peccatum cecidit z oleum misericordie petijt. Ideo medicus dominus noster ihesus christus hominem curavit sed non novercam scz dyabolum. Noverca illa est causa quare filius dei a multis hominibus in aliam regionem mittitur: z ab eis expellitur. Sed econversa presentia divina est causa mortis dyaboli quia ambo se non compatiuntur.

¶ De spirituali pugna z remuneratione pro victoria

¶ Capitulum. cxiij.

Aonias regnavit dives valde: qui torneamenta z hastiludia multum dilexerat. Unde quodam torneamentum fecit proclamari ut quicunqz se in torneamento melius haberet mercedem condignam a rege obtineret. Hoc audientes nobiles z optimates ad torneamentum venerunt. Rex ordinavit ut milites dividerentur ita q ex una parte plures ordinavit in certo numero z tot ex alia parte. Illi vero qui primo ordinati fuerunt omnia scuta sua z arma in loco ad hoc deputato per ordinem posuerunt. Rex precepit ut quicunqz ex alia parte scutum alterius cum hasta tangeret: statim ille cuius scutum tactum esset ad torneamentum secuz descenderet z una puella ad hoc electa illum armaret: z sic contra alium luderet: z si alium in ludo superaret: illo die corona regis coronatus esset: et regali mensa collocaretur. Miles hoc percipiens diligenter omnia scuta respexerat: z unum scutuz vidit in quo erant tria poma aurea que miro modo habere desiderabat scutum illum tetigit. Alius autem cuius erat scutum statim a puella se armari fecit z descendit: z contra euz lusit in quo ludo caput eius qui scutum suum tetigit amputavit et mercedem condignam accepit.

¶ Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est dominus noster iesus christus qui contra dyabolum pugnavit primo in celo commissum est torneamentum. i. bellum inter deum z dyabolum qui michael z angeli eius preliabantur cum dracone z postea in terra in die parasceues. Sed redeamus ad propositum. Deus habet tria scuta seu signa. s. potentiam que est scutum patris sapientiam que est scutum filij: bonitatez que est scutum spiritussancti. illa tria scuta deus

posuit in vno loco determinato. s. in natura humana quando creauit hominem ad ymaginem & similitudinem suam. Primus homo dominabatur omnibus bestijs: ecce potentiam que est scutum patris. Primus habuit plenam scientiam de omnibus rebus. ecce sapientiam que est scutum filij. Primus homo creatus est in gratia & dilectione dei & proximi: ecce bonitatem: que est scutum spiritussancti. Malignus vero spiritus in malo obstinatus volens pugnare contra deum accessit ad hominem in quo tria scuta trium personarum erant appensa & vnum tetigit non scutum patris dicens. Si comederitis eritis potentes sicut dij: non scutum spiritussancti dicens. Eritis boni veri amantes. sed tetigit scutum filij in quo reperta sunt poma aurea. s. operatio trinitatis dicendo. Si comederitis ex isto fructu eritis sicut dij scientes bonum & malum. Tactum ergo est scutum filij dei: quare decuit vt deus pater mitteret filium qui malignum spiritum pro nobis expugnaret. Illum dei filium armauit vna virgo electa. s. beata virgo maria de qua naturam humanam assumpsit cum qua nos ad vitam eternam perduxit.

¶ De liberatione humani generis a fouea infernali

Capitulum. cxiiij.



Rat quidam rex in cuius imperio quidam pauper habitabat qui singulis diebus ad quandam siluam perrexit vt ligna colligeret ad vendendum pro quo posset victum & vestitum acquirere. Accidit quadam die quod ad siluam cum asino suo perrexit. a casu infra densitatem nemoris cecidit & subito in quandam foueam receptus de qua nullo modo poterat exire. In qua fouea erat draco horribilis qui totam foueam interius cum sua cauda circumuoluit: In eadem fouea erant serpentes multi in superiori parte foueae. in profundo vel in medio erat quidam lapis rotundus ad quem omnes serpentes singulis diebus semel in die descendebant & illum lambebant. Deinde draco simili modo lambebat lapidem. pauper cum hoc vidisset intra se cogitabat. multis diebus in ista fouea sine alimento steti: nisi cibum habuero fame peribo. pergam igitur ad illum & lambere volo sicut serpentes & draco fecerunt. Perrexit itaque ad lapidem incepit lambere: & inuenit in lapide omnem saporem quem cor eius desiderabat. Et sic est renouellatus ac si omnia cibaria mundi comedisset sitie bibisset. Infra paucos dies factum est tonitruum magnum & horribile ita quod omnes serpentes vnus post alium exiuit. Cum vero nullus serpens remaneret in puteo draco incepit extra foueam volare. Pauper vero hoc videns caudam draconis tenuit. Draco cum de fouea leuauit et ad magnam distantiam extra foueam proiecit. Ille vero per aliquos dies ibidem stetit penitus ignorans viam extra nemus. Accidit enim quod quidam mercatores venerunt: & eum extra nemus ad viam rectam duxerunt. Ille vero gauisus est valde. Ad ciuitatem rediit & omnibus denunciauit quomodo ei acciderat. Et statim post hoc vitam finiuit.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est pater celestis. Pauper ille potest dici quilibet homo qui nudus est egressus de ventro matris sue qui intrat nemus. s. mundum istum. Unde sepe cadit in foueam profundam quando cadit in peccatum mortale vbi iacet in magno periculo. Quia sub potestate draconis. id est dyaboli. Serpentes qui sunt cum eo in fouea sunt alia peccata venialia per que homo intoxicatur velut per serpentem. Lapis rotundus in medio est christus. Unde Psal. Lapidem quem reprobauerunt edificantes &c. In eo inuenitur omnis sapor & dulcedo. Ad illum debemus tempore tribulationis recurrere Et cum deuota oratione lambere. Tonitruum magnum est confessio pura facta cum contritione coram sacerdote. De quo tonitruo scilicet confessione omnes serpentes. id est peccata & demones quos ad nos per peccata vocamus terrentur & depelluntur. Et draco id est dyabolus expellitur. Mercatores. i. predicatores & confessores qui quotidie lucrantur animas quas dyabolus conatur auferre. Iste tunc deducitur in viam rectam ciuitatis sancte hierusalem. Ad quam nos perducat dominus noster ihesus christus.

¶ De morte christi pro nostra reconciliatione

¶ Capitulum. cxv.

Erat quidam imperator qui quã dam forestam habebat in q̃ fuerat quidam elephas cui penitus nullus appropinquare audebat. Audiẽs vero rex hoc a philosophis suis et sapientibus naturam elephantis quesiuit. Illi vero responderunt et dixerunt ꝙ elephas mundas virgines multum diligeret. Rex hoc audiens statim fecit inquiri duas puellas honestas et pulcras ac dulciter cantãtes quas in regno suo habebat. Inuente sunt igit̃ due virgines satis pulcre et honeste quas rex fecit denudari et forestã sic nude intrare. vna earum peluim accepit: altera gladium et intrabant. In introitu inceperunt dulciter cãtare. Hoc audiens elephas venit ad eas cepit mamillas earum lambere: virgines continue cantabãt quousqꝫ elephas in gremio vnius virginis requieuit. Alia virgo vidẽs elephantẽqꝫ in gremio alterius virginis dormire: cum gladio eum occidit. et virgo in cuius gremio dormiuit: peluim de sanguine elephantis repleuit: et sic ad regẽ prexerũt. Rex vero gauisus est valde: statim fecit fieri purpurã et multa alia de eodẽ sanguine.

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est pat celestis. Elephas dominus noster Jesus christus qui ante incarnationem erat satis austerus. Due virgines fuerunt maria et eua que ambe erãt nude ab omni peccato. Maria sanctificata in vtero. Eua collocata in paradiso: eua gladium portauit. id est. peccatum quod cõmisit contra dei precepta: propter quod christus verus elephas mortuus est. Maria peluim. id est. vterum virgineum in quo cõceptus erat christus et eius humanitas formata. Ubera elephas lambebat. id est legem antiquam et nouam que sunt duo vbera per que lac salutis sugere poterimus. christus vtraqꝫ lambebat. id est vtramqꝫ legẽ impleuit cum sanguinem suum effudit. de cuius sanguine anime nostre facte sunt purpurate omni honore et gaudio plene. Ut si sic volumus vitam eternam possideamus.

¶ De dilectione dei quomodo omnes nos equaliter diligit vsqꝫ dum ipsum per peccata nostra despicimus.

¶ Capitulum. cxvj.

Pompinus regnauit qui quandam pulcram puellã desponsauit que concepit et peperit elegantem filium sed in partu mortua est. Duxit aliam et ex illa etiam filium genuit. Utrumqꝫ filium ad nutriendum in longinquas ptes misit. Isti duo per omnia sibiinuicem erant similes. Cum vero per longa tempora moram traherent mater secundi filij suum filium videre cupiebat: preces regi fundebat vt filium suum videre posset. Rex ei concessit nuncium pro duobus filijs destinauit. Cũ autem filij venissent ita per omnia similes erant licet tamen secundus esset minoris q̃ntitatis et etatis: quia forte vnius anni: nihilominus tamen tantus erat secundus quantus primus: sicut multotiens contingit: et forte vterqꝫ patrisabat in facie in vnanimitate mentis et corporis: ita ꝙ regina quis eius filius esset ignorabat. a rege diligent̃ petiuit quis eorum esset filius eius. Sed rex ei indicare noluit. Ipsa hoc audiens fleuit amare. Rex cum hoc audisset et vidisset ait ei. Noli flere: ille est filius tuus: et demonstrauit sibi filium quem de prima vxore genuerat. Regina hoc audiens gauisa est valde: Statim totam curam dedit filio isti ad nutriendum: et de alio nihil curabat qui erat eius proprius filius. Rex cum hoc vidisset dixit ei. Quid facis decepi vos. Ille non est filius vester. sed vnus istorũ est. At illa Quare sic mecum agitis. Indica mihi rogo te. Et ille. Nolo: et hec est causa. Si veritatem tibi dixissem vnum scꝫ filium tuum velles diligere et alterũ odio habere. et ido volo ꝙ ambos equaliter diligas et nutrias et cum ad etatem legitimam venerint tunc veritatem pandam de qua gaudebit cor tuum. Hoc audiẽs regina ambos perroptime nutriuit: donec ad etatem legitimã peruenerunt. Cum autem quis esset filius eius per regem fuerit experta vltra modum fuit gauisa. Et sic in pace vitam finierunt

¶ Moralisatio

Carissimi. Rex iste est dominus noster Jhesus christus. Duo filij sunt electi et reprobi. Mater est sancta ecclesia que est mater vltimi filij. Mater primi filij mortua est scilicꝫ lex antiqua per christi incarnationem. Deus nõ

vult q̄ mater ecclesia sciat quis sit electus vel reprobus: Sed vt ambos in caritate p̄fecta nutriat. Quia si sciret vnum diligeret ⁊ alterum odiret. Et sic non esset pax ⁊ cō cordia. Sed in die iudicij cum ad legitimā etatem peruenerint: tunc apparebit veritas qui sint electi vel reprobi. Tunc electis dicetur illud Mathei.xxv. Venite benedicti patris mei ⁊c̄. Reprobis autem. Ite maledicti ⁊c̄.

¶ De obstinatis ac conuerti non volentibus ⁊ eorum plaga per diffinitiuam sententiam

Capitulum.cxvij.

Fridericus regnauit qui statuit pro lege q̄ quicunq̧ aliquā virginem vi raperet: si aliquis eam de manu raptoris liberare posset eā in vxorem duceret si virgini placeret. Accidit casus q̄ quidam tyrannus malus quandam virginem rapuit ⁊ ad quandā forestam eā duxit ⁊ deflorauit. Illa vero voce magna clamauit. Miles quidam nobilis genere ⁊ opere casu per eandem forestam equitauit: ⁊ vocem puelle audiuit percussit equū ⁊ ad eam peruenit: ⁊ causam clamoris ab ea quesiuit. Cui illa. O domine mi propter deum mihi succurrite: ille tyrannus vi me rapuit ⁊ deflorauit: ⁊ post hoc me occidere proposuit. Ait raptor. Domine vxor mea est: ⁊ eam in adulterio inueni ideo eam occidere proposui. At illa. Domine non ē ita nunq̄ vxor alicuius eram nec vnq̄ polluta nisi hodie per ipsum deflorata sum. Ideo mihi succurrite adhuc signa virginitatis in me manent. Ait miles tyranno. Signa manifeste virginitatis in eā video q̄ vi eam rapuisti ac deflorasti: ideo eā de manibus tuis liberabo. Respondit tyrannus. Si volueris eam liberare pro ea pugnabo contra te Statim ambo ad inuicē pugnabant ⁊ duros ictus dederunt: ⁊ miles victoriam obtinuit: tamen grauiter vulneratus erat. Obtenta victoria ait miles puelle. Nunquid tibi placet vt te in vxorem accipiam. Que ait. Hoc summe ⁊ toto corde desidero ⁊ super hoc fidem meam tibi do. Fide datā ait miles puelle: In castro meo per aliquos dies manebis: interim pergam ad parentes meos ⁊ necessaria pro nuptijs prouidebo. Et tunc ad te redibo. Et cum magna solennitate te desponsabo. Que ait. Domine presto sum voluntati vestre per omnia obedire. Miles ei valedixit ⁊ illa ad castrum perrexit. Dum autem miles extra suam patriam esset vt necessaria pro nuptijs ordinaret Tyrannus ad castrum militis accessit in quo erat puella ⁊ pulsabat. Illa vero introitum ei negauit. Tyrannus incepit multa promittere ⁊ eam in vxorem honorifice ducere. Illa vero dictis eius credens eum intromisit. ⁊ ambo simul illa nocte dormierunt. Miles autem post mensam rediit ⁊ ad portam castri pulsauit. puella ei non respondit. Ille hoc audiens et p̄cipiens cum amaritudine cordis dixit. O bona puella. Ad memoriam reduc: quomodo te saluaui a morte: ⁊ super hoc mihi fidem tuam dedisti: loquere bona puella Et ostende mihi faciem tuam. Illa hoc audiens quandam fenestram aperuit ⁊ ait. Ecce assum: quid placet propone. Qui ait: miror de te q̄ ignoras quid ⁊ quanta feci pro te. Vulnera diuersa recepi pro amore tuo Et si mihi non credis corpus meum tibi ostendam. His dictis vestimenta sua deposuit Et ait. Ecce charissima vulnera diuersa que recepi pro tua vita. Idcirco noli mihi esse ingrata. Aperi ergo mihi portam: vt te in sponsam dilectam accipiam. Illa vero faciem suam auertebat ab eo ⁊ portā noluit aperire. Miles iudici est conquestus ⁊ pro se legē allegauit adijciens quo modo eam liberasset Et quanta vulnera pro eius amore sustinuisset. Et ergo eam in vxorem peteret. Iudex hec audiens pro raptore misit. Qui cum venisset Ait iudex raptori. Nunquid illam mulierem rapuisti Et ille miles per fortitudinem de manibus tuis liberauit. At ille. Etiam domine. Cui iudex. Ego s̄m legē pro sua voluntate vxor eius est qui eam de tua potestate liberauit. Quare post hoc de vxore alterius te intromisisti Primo quando castrum eius intrasti ipso ignorante. Secundo lectum alterius violasti. Tercio p̄ tantū spaciū vxorē eius occupasti. Quid ad hoc respondes.

Ille obmutuit: cōuersus iudex ad mulierē
dixit. O puella iure duplici vxor illius mili
tis es. Primo quia te de manu raptoris li
berauit. Secundo qr sibi fidē dedisti: quare
ergo post hoc portā sui castri alteri ꝙ viro
tuo ꝓprio aperuisti ꝛ illū intromisisti. Illa
ad hoc non poterat respondere. Iudex sta
tim iudicium dedit vt ambo in patibulo su
spenderent: quod ꝛ factū est. Omnes ergo
iudicē laudabant ꝙ talem sentenciā dedit.

¶ Moralisatio

Carissimi. Iste impator est deus
qui statim legē dedit. Mulier
rapta est aīa capta. Raptor est
dyabolus qui non tantū per peccatū ipsam
defloravit: sed etiam eternaliter vult occidere
Sed ipsa clamauit quando petiuit oleū mi
sericordie dicens illud Luc. xv. Miserere
mei fili dauid: qr filia id est consciencia mea
male a demonio vexatur. Cuius clamorē
miles quidam audiuit scʒ filius dei equitās
super equū humanitatis. Filius dei descen
dit in forestam istius mundi: ꝛ bellū contra
dyabolum pro genere humano cōmisit: in
quo bello vulnera diuersa recepit: de qbus
vulneribus vterqʒ erat vulneratus scʒ chri
stus in carne: dyabolus in potestate: vnde
Isaie dicitur. Fortis impellit fortē ꝛ ambo
pariter corruerunt. Christus sponsalia con
stituit per baptismū in quo anima dat fidē
quando dyabolo renūciat ꝛ omnibus pom
pis eius: ꝛ deo adherere ꝓmittit per alias
virtutes quas recepit: facit castrum contra
dyabolum mundū ꝛ carnē. Interim deus
celos ascendit ad preparandum nuptias ꝑ
nobis vt in gloria eterna cum ipso coniun-
geremur ſm illud Iohā. Uado parare vo
bis locū. Sed quando anima est in castro
corporis: tunc raptor id est dyabolus puellā
id est animā aggreditur quando eam per
mundi vanitatē educit: ꝛ ad eā ingreditur
quando in peccatum cecideris ꝛ in eo per-
manet: ꝛ sic christus expellitur: sed christus
reuertēs quotidie ad ostiū cordis tui pulsat
ꝛ dicit illud Cantic. Ego sto ad ostium et
pulso ꝛc. Sed anima in peccatis obstinata
eum non cognoscit: ideo christus sibi osten
dit vulnera que pro nobis suscepit vt ad eū
inclines cor tuū ꝛ fenestrā cordis tui saltē
aperias: sed miser homo quoniam dominū
non timet vt eius cor aperiat: contra talem
iudex celestis in die iudicij dabit sentenciā
vt ambo suspendantur in patibulo infernali

¶ De fallacia ꝛ dolo
¶ Capitulum. cxviij.

Miles quidam intrauit egiptum:
cogitans ibi pecuniam suam re
linquere interrogauit si aliquis fi
delis ibi maneret cui pecuniā suam ad cu
stodiendā traderet: ꝛ audiuit ꝙ erat quidā
senex: ad eū accessit vt mille talenta ei tra-
deret: deinde ad peregrinandum perrexit:
peracto itinere ad eum rediit cui talenta cō
miserat: ꝛ cōmissa ab eo quesiuit: at ille ple
nus nequicia nunꝙ se eum vidisse asseruit
Miles vero sic deceptus contristatus est
valde: singulis diebus ab eo petiit ꝛ eum
blandis sermonibus deprecans vt sibi red-
deret. Deceptor increpabat eū ne talia de
eo amplius diceret: vel etiam ad eū rediret
Ille tristis ab eo recessit habens obuiam
quandam vetulam pannis heremitalibus
indutā. habensqʒ in manu baculum: ꝛ per
viam leuauit lapides ne transeuntes pe-
des lederent. Que videns eum flentem: ꝛ
cognoscens ꝙ extraneus esset cōmota pie
tate eum vocauit: ꝛ quicquid ei accidisset
interrogauit. At ille ordinate narrauit quo
modo per illum senē esset deceptus; at illa
Amice si vera sūt que mihi dicis dabo tibi
sanum ꝯsilium: at ille. Testis est mihi deus
vera vtiqʒ sunt: que ait. Adduc mihi homi-
nem de terra tua cuius dictis ꝛ factis fides
adhiberi posset. Ille vero adduxit fidelem
hominē: cui adducto precepit vetula decē
cophinos emere exterius preciosis depictos
coloribus: ferroqʒ ligatos cum seraturis de
argentatis lapidibus impleri iussit. Miles
vero fecit sicut mulier iussit. mulier videns
omnia parata ait. Nunc decē homines per
quire qui mecū ꝛ cum socio tuo ad domū
deceptoris tui vadant: ꝛ cophinos deferant
Unus post alium venientes ordine longo
et spacio primus intrauit ꝛ nobiscum quie-
scit veni tunc audacter ꝛ pete pecuniā tuā
Ego vero in deo confido ꝙ pecunia tua

sibi reddet: que vetula cũ socio decepto ad domũ deceptoris venit & ait. Domine iste extraneus homo hospitatus est mecum: et vult adire patriam suam: et querit prius pecuniam suã que est in decem cophinis alicui homini probo & fideli cõmendare donec reuertatur: precor ergo te vt amore dei & mei in domo tua custodias. Et ꝙ audiui & scio te probum & fidelem nolo per aliquem nisi per te solũ pecuniam custodiri. Cum sic loqueret: ecce intrauit primus seruus deferẽs cophinum vnum. Quod videns deceptor: credidit verum esse quod vetula dixit. post hoc intrauit miles vt vetula precepit: quem videns deceptor timens si pecuniam peteret & alius sibi non crederet ad custodiendum suas pecunias contra eum venit adulando dicens. Amice vbi fuisti veni & accipe pecuniam tuam fidei mee iam diu cõmendatam. Miles vero letus pecuniam recepit grãs agẽs deo & vetule. Vetula vero hoc vidẽs surrexit & ait. Domie ego et homo iste ibimus circa ceteros cophinos & reuerti festinabimus: tu vero expecta donec redeamus & bene ꝯserua quod iam adduximus: et sic miles per vetulã pecuniam suam recuperauit.

Moralisatio

Carissimi. Iste miles est quilibet christianus qui in isto mundo ꝗdiu viuit peregrinatur: quia facit omni die dietam ad mortẽ: qui decẽ talenta id est decem precepta domini inordinate per peccatũ tradidit cuidam seni. Senex iste est mundus plenus deceptionibus: vnde si in rebus mundanis delectamur & mundo cõfidimus precepta diuina amittimus: et vix cum difficultate acquirere celũ poterimus donec per veram contritionem confessionẽ & satisfactionẽ acquiramus. Vetula ista habitu pegrini induta est conscientia sana que continue amouet lapides id est operatiões malas de via cordis tui ne pedes bonarum cogitationum offendantur. Hic mihi quõ debes recupare quod per peccatũ pdidisti. Certe oportet te adducere de patria tua id est de corde tuo decem homines id est decẽ opera penitentie: ita ꝙ p quolibet precepto quod per pc̃m violasti vnum actũ miscoie seu penitẽtie oportet te adimplere: quia ſm beatum Aug. Nullum bonũ irremuneratũ: et nullũ malum impunitũ. Item oportet ꝙ habeat cophinũ bene ligatum scz contritum cor & virtutibus bene insignitum: paruis lapillis plenũ. Lapides isti in corde est meditatio scz vulnerũ christi & memoria passiõis eius que ꝯtinue oportet hr̃e cõtra dyabolũ mundum & carnem: in cuius figura dicit. j. Regũ ꝙ dauid cum baculo pastorali & cũ funda & quinque lapidibus goliã occidit. Dauid interpretat manufortis & signat xp̃m. Funda signat amorem trahentem eũ de celo in mundũ: a mundo in crucem. Quinque lapides sunt quinque vulnera. Golias est dyabolus: & sic per quinque lapides id est vulnera tandẽ occidit. Si ergo istos lapides ꝯtinuo in cophio cordis tui habueris: virtutes per pc̃m perditas rehabere poteris: & sic pgere cũ gaudio ad patriam tuã id est vitã eternã.

Quod omnium viuentiũ in mundo de beneficiis acceptis est ingratissimus homo

Capitulum. cxix.

Olidam rex senescallũ habuit sup imperium suũ cuius cor ita eleuatum & exaltatũ est ꝙ oẽs opprimebat: quia ad nutum eius oĩa fiebant. Iuxta palacium imperatoris erat quedam foresta aĩalibus siluestribus plena qui ordinauit ꝙ fierent diuerse fouee ꝗs foliis cooperiebant vt bestie subito in eas caderẽt et sic caperent. Accidit ꝙ senescallus transiret per forestam: & eleuatũ est cor eius inanũ ꝙ opinabat ꝙ nullus maior eo eẽt impio: qui vlterius equitans cecidit in vnã foueam quã exire non poterat. Eadem die in eandẽ foueã leo cecidit: postea simea: & tercio serpens. Senescallus videns se circumuolutũ istis bestiis timuit & clamauit. Cuius clamorem audiens quidam pauper noie guido qui cum asino ducebat ligna de foresta de quibus victum quesiuit venit ad foueã cui promisit multas diuitias vt eum extraheret guido ait. Carissime nihil habeo vnde viuere possim nisi colligo ligna: si laborem istius diei dimitterem damnũ incurrerẽ: qui ei promittens bona fide ꝙ ei de diuitiis prouideret si eũ extraheret. Guido hoc audiens ad ciuitatẽ iuit & longã cordã secũ portauit quã in foueã misit vt senescallus se succingeret & sic eum sursũ traheret: qua dimissa saltauit leo ante sup cordam & extractus est.

Quo facto applausum ei fecit: et ad siluam cucurrit. Deinde iterum cordā misit in foueā et ecce simea super eam saltauit quā guido sursum traxit et ad siluam cucurrit: postea iterū cordam descendere permisit: ⁊ serpens super eam saltauit quem etiam extraxit applausum ei fecit et ad siluā cucurrit: deinde miles clamauit. O carissime: benedictus altissimus iam de bestiis sum liberatus cordā pristine descendere: quod et factū est. Miles se succinxit et guido eū extraxit: deinde equum extraxerūt: statim senescallus equū ascendit ⁊ ad palacium regis venit. Guido vero domi venit: vxor videns eum vacuū contristata est valde. Ille vero processum ei narrauit: et ꝙ mercedem condignam acciperet: de quo vxor gauisa est. Mane vo guido ibat ad castrum mittens ianitorez ad senescallum ꝙ ipse ibi esset: qui prima et secunda vice negauit ꝙ eū vnꝗ͂ viderit imo nisi recederet ipsum crudeliter verberaret: quod et fecit: qui dum tercia vice reuersus esset ita crudeliter portarius eū verberauit ꝙ ipsum semiuiuū reliquit. Quod audiens vxor guidonis venit et ipsum cum asino ad domū duxit et diu infirmatus est: ⁊ omnia bona sua in infirmitate consumpsit que habuit. Dum autē sanus factus esset et vna dierum ligna colligeret vidit a longe decē asinos oneratos cum fardellis: et leonem a parte posteriori sequentē recto tramite versus guidonem eos duxit. Guido intime respexit leonem: et statim memoriā habuit ꝙ ille leo esset quē de fouea extraxit. Leo cū ad eum venisset cum pede signū ei fecit vt cum asinis oneratis ad domū accederet qḋ et fecit. Guido asinos secum domi duxit et leo sequebatur quousqꝫ guido ad domum peruenit. Cum autē asini domum intrarēt leo cum cauda applausum fecit guidoni et ad siluam cucurrit. Guido per diuersas ecclesias ꝓclamare fecit si aliquis asinos amisisset: et non est inuentus vnus qui ꝯfiterēt se aliquē perdidisse: ipse aperiens fardellas diuitias multas inuenit de quibus non modicum gaudens diues effectus est. Cum secunda die guido ad forestam venit ⁊ instrumentum ferreum vt ligna scinderet non haberet respexit superius et vidit simeā quā de fouea extraxit que cū dentibus et vnguibus tantum frangebat ꝙ guido sine labore asinū suum onerauit et domū est reuersus. Tercia vero die guido ad forestaz reuertit et cum sederet ad preparandū instrumentū vidit serpentē quem de fouea extraxit portantem lapidē in ore suo coloratum triplici colore: ex vna pte erat albus: ex alia niger: ex tercia rubicundus. Os suum aperuit et in gremio eius permisit cadere et abscessit. Guido cum ad vnum peritum accessit qui cum eum vidisset et virtutem ipsius cognouisset libenter centū florenos pro lapide dedisset. Guido vero virtute lapidis multa bona acquisiuit: et in miliciam est promotus: Quod intelligens imperator eū ad se venire precepit: et lapidem habere voluit pro pecuniis: aut eū extra regnū mitteret: ait guido. Domine lapidem vendam: sed vnum dico Si nō valorē mihi dederitis ad me redibit. Qui dedit sibi trecentos florenos: et tamen guido in archa sua inuenit quē imperatori reddidit: qui admirās dixit. Dic mihi vnde lapidē habuisti. Ille vero a principio vsqꝫ ad finem narrauit quomodo senescallus in foueam cecidit cum leone simea ⁊ serpente et ꝙ ꝓ mercede vulneratus fuit a senescallo: et quid a leone simea ⁊ serpente recepit. Hoc audiēs imperator cōmota sunt omnia viscera eius ꝯtra senescallū: et ait ei. Quid est hoc quod audio de te. Ille negare non poterat: cui imperator. O pessime magnā ingratitudinem fecisti guidoni ex quo de periculo mortis te liberauit: et hic eum semiuiuum reliquisti. O miser ecce bestie irrationales sicut leo simea et serpens mercedē ei reddiderūt pro bono: tu vero hodie ꝯtra bonum malū reddidisti: et ideo omnia que habes et dignitatē tuam guidoni dabis: et te hodie i patibulo suspendendū iudico: qḋ audiētes satrape imperij eis placuit iudiciū et guido imperium regebat: ⁊ vitaz in pace finiuit

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est deus: qui omnia videt. Pauper iste ē hō qui nihil ex se habet Iob. j. c Nudus egressus sum ex vtero matris mee: nudus reuertar illuc. Deus pauperē istū promouit quando eum dominum paradisi constituit Ps̄. Oia subiecisti sub pedibus eius ⁊c̄. Fouea in quaz cecidit mundus est

qui est plenus foueis scz periculis: qz totus mūdus in maligno positus est. In isto mūdo cecidit miser homo in multas foueas Gen̄. iij. In sudore vultus tui zc. Leo in candez foueam cecidit scz filius dei quando naturā humanam assumpsit: et in miseria magna. xxxiij. annis vixit Ps. Cum ipso sum in tribulatione zc. Iste est leo de quo dicitur Apocalips. v. Vicit leo de tribu iuda zc. Deinde simea id est tua consciencia cecidit que ad modum timee lacerat ea que ei displicent: quia semper contra peccatum murmurat. Item serpens cecidit in foueam scz prelatus vel ꝯfessor qui cū peccatore debet descēdere id est condolere de eius peccatis ij. ad Corinth. xj. Quis infirmatur et ego non infirmor. Item sicut guido cum corda extraxit senescallūz: sic filius dei cum corda passionis sue nos extraxit de fouea miserie z de potestate dyaboli. sed miser homo hoc non obstante ingratus efficit deo quotiens contra legem dei peccat. Guido erat verberatus: sic homo quando mortaliter peccat: quantum in eo est deum iterato crucifigit. Sed leo deus dedit christo inquantum hoī decem asinos oneratos id est oīa precepta sub eius potestate antiqua et noua dispensando cum homine. Et si illa precepta fecerimus ad eternas diuitias perueniemus. Guido ligna scindebat id est cōsciencia tua stimulat ꝑpetrare per que corpus et animā in die iudicij operiri poteris propter que requiem eternaz obtinebis: quia si contra conscientiaz agas ad gehennā ignis deduceris Serpens dedit ei lapidem triplici colore coloratum: sic prelatus et confessor per informationem sacre scripture poterat lapidez id est christum obtinere. Ille lapis erat pulcer et albus: sic xp̄us speciosus forma pre filiis hoim. Item niger erat per christi passionē Rubicundus per sanguinis effusionē. Qui ergo istum lapidem portat ille habet abundantiam sine defectu: nec illum lapidem debes vendere a seipso nisi det tantum preciū quantum christus exigit scz per contritionē confessionem et satisfactionez: sed ingrati in patibulo infernali erūt suspēsi. Electi vero vitam eternam obtinebunt: quod nobis concedat qui sine fine viuit et regnat zc.

De subtili mulierum deceptione et deceptorum excecatione

Capitulum. cxx.

Marius regnauit prudens valde: qui tres filios habuit quos multū dilexit. Cum vero mori deberet totam hereditatez primogenito legauit. Secundo filio dedit omnia que ī tempore suo acquisiuit. Tercio filio scz iuniori tria iocalia preciosa dedit scz anulum aureū monile et pannum preciosum. Anulus illaz virtutē habuit ꝙ qui ipsum in digito gestabat gratiam omnium habuit intantuz ꝙ quicquid ab eis peteret obtineret. Monile illaz virtutem habuit ꝙ qui eū in pectore portabat quicquid cor suum desiderabat quod possibile esset obtineret. Pannus illam virtutē habuit ꝙ quicunqz super eū sederet z intra se cogitaret vbicunqz esse vellet subito ibi esset. Ista tria iocalia dedit filio suo iuniori vt ad studium pergeret. et mater ea custodiret et tempore oportūo ei daret: statimqz rex spūm emisit qui honorifice est sepultus Duo primi filij eius legata occupabant. Tercius filius anulū a matre recepit vt ad studiuz pergeret: cui mater dixit. Fili scientiam acquire: et caueas a muliere ne forte anulum perdas. Jonathas anulum accepit ad studiuz accessit et in sciencia ꝓfecit. post hoc cito quadā die in platea ei quedam puella occurrebat satis formosa captus eius amore eam secum duxit et continuo anulo vtebatur: gratiam omnium habuit et quicquid voluit ab eis habere obtinuit. Puella eius concubina mirabatur ꝙ tam laute viueret cū tamen pecuniam non haberet. Rationem quadaz vice cū letus esset quesiuit dicens ꝙ creatura sub celo non esset quaz magis diligeret: id sibi dicere deberet. Ille de malicia non premeditatus sibi dixit virtutem anuli esse talem zc: at illa. Cum singulis diebus cū hominibus conuersare soles perdere posses: ideo custodiaz tibi eum fideliter: qui tradidit ei anulum: quem cum rehabere nō posset fleuit amare: quia vnde viueret non habuit: qui statim ad reginam matrez suam est reuersus denuncians ei anulum perditum: at illa. Fili mi tibi predixi vt a muliere te caueas: ecce iam tibi trado monile quod diligentius custodias si perdideris honore et cōmodo perpetuo carebis.

Jonathas monile recepit et ad idez studiū
est reuersus:et ecce cōcubina eius in porta
ciuitatis occurrit:et cū gaudio eum recepit
Ille vt prius eam secum habuit: monili in
pectore vtebatur:et quicquid cogitabat ha
bebat:et sicut prius conuiuia multa habuit
et laute vixit. Concubina mirabatur:quia
nec aurum nec argentū videbat: cogitabat
ꝙ aliud iocale apportatū esset quod saga=
citer ab eo indagauit: qui ei monile ostēdit
et virtutem eius dixit:que ait. Semper mo
nile tecum portas:vna hora tantū cogitare
posses ꝙ ꝓ annuz sufficeret tibi: ideo trade
mihi ad custodiendū:at ille. Timeo ꝙ sicut
anulum perdidisti sic perderes monile:ꝛ sic
damnum maximum incurrerez:que ait. O
domine iam per anulū custodiendi scientiā
acquisiui vnde tibi fideliter promitto ꝙ sic
custodiam monile ꝙ nullus posset auferre
a me. Ille credēs dictis eius monile ei tra=
didit:postꝙ omnia consumpta fuissent: mo
nile petiit: illa sicut prius iurauit ꝙ furtiue
ablatū esset. Quod audiens ionathas fleuit
amare et ait. Nōne sensum perdidi ꝙ post
anulum perditū monile tibi tradidi: perrexit
ad matrez et totum processum ei nunciauit
illa non modicum dolens dixit. O fili caris
sime quare spem posuisti in muliere:iam al
tera vice deceptus es per eā:ꝛ ab omnibus
vt stultus reputaris amodo sapientiam ad
discas: quia nihil habeo tibi nisi pannū pre
ciosum quem pater tuus tibi dedit: ꝛ si illū
perdideris ad me amplius redire non valeas
Ille pannum recepit et ad studium perrexit
et concubina eius vt prius eum gaudenter
recepit:qui expandens pannum dixit. Ca=
rissima istuz pannū dedit mihi pater meus
et ambo posuerūt se super pannum. Jona
thas intra se cogitabat vtinam essemus in
tantam distantiaz vbi nullus hominū veniret
ꝛ sic factū est. Fuerunt enim in fine mundi
in vna foresta que multum distabat ab ho
minibus. Illa tristatur:et ionathas votum
vouit deo celi ꝙ dimitteret eam bestiis ad
deuorandū donec redderet anulum ꝛ mo=
nile que promisit facere si posset: et ad peti
tionem concubine ionathas virtutez panni
dixit scz quicunqz super eo quiesceret et co
gitaret vbi esse vellet ibi statim esse:deinde
ipsa se supra pannuz posuit et caput eius in
gremio suo collocauit: et dum dormire ce=
pisset ipsa partem panni supra quā sedebat
ad se traxit:at illa cogitabat. Utinaz essem
in loco vbi mane fui:quod factum est: et io
nathas dormiens in foresta mansit. Cū aūt
de somno surrexisset et pānum ablatū cum
cōcubina vidisset fleuit amarissime: nec sci
uit ad quez locum pergere deberet:surrexit
et signo crucis se muniens per quandā viā
ambulauit per quam ad aquam profundā
venit per quaz transire oportebat que tam
amara et feruida fuit ꝙ carnes pedū vsqz
ad nuda ossa separauit. Ille vero de hoc con
tristatus vas de illa aqua impleuit et secuz
portauit:ꝛ vlterius veniens cepit esurire vi
dens quandam arborem de fructu eius co
medit et statī factus est leprosus: de fructu
illo etiaz collegit et sic portauit:tunc veniēs
ad aliam aquā per quā transiuit que aqua
carnes pedū restaurabat:vas de ea imple=
uit et secum portauit:et vlterius procedens
cepit esurire videns quandam arborem de
cuius fructu cepit ꝛ comedit:ꝛ sicut per pri
mum fructum infectus erat:sic per secundū
fructuz a lepra est mundatus:de illo fructu
etiam attulit et secum portauit. Dum vero
vlterius ambularet vidit quoddaz castrum
et duo hoīes ei obuiabant querentes quis
esset:at ille. Medicus peritus sum:qui di
xerūt. Rex istius regni manet in isto castro
et est homo leprosus si eum a lepra curare
posses multas diuitias tibi daret:at ille. Et
iam:qui adducentes ipsum ad regem dedit
ei de sancto fructu et curatus est a lepra:et
de secunda aqua ad bibendum que carnes
ei restaurabat. Rex ergo multa donaria ei
contulit. Jonathas igitur postea inuenit nauē
de ciuitate sua ꝛ illuc transfretauit:rumorqz
per totam ciuitatem exiuit ꝙ magnus me=
dicus aduenisset:et cōcubina sua que ei ab
stulerat iocalia ad mortez infirmata est mit
tens ꝓ medico isto. Jonathas ignotus est
ab omnibus:sed ipse eam cognoscens dixit
ei ꝙ medicina sua non valeret ei nisi prius
confiteretur omnia peccata sua: et si aliquē
defraudasset ꝙ redderet ei. Illa vero alta
voce confitebatur quomodo ionatham de=
cepisset de anulo monili et panno: et quo=
modo eum in loco deserto reliquisset besti
is ad deuorandum. Ille hoc audiens: ait.

Dic mihi domina vbi sunt ista tria iocalia: at illa. in archa mea: et dedit ei claues archę et inuenit ea. Jonathas ei de fructu illius arboris a qua lepram recepit ad comedendū dedit: et de aqua prima que carnem de ossibus separauit ad bibendum ei tribuit: et cū gustasset et bibisset statī est arefacta et dolores interiores sentiens lacrimabiliter clamauit. Jonathas cum iocalibus ad matrē suam perrexit: de cuius aduentu totus populus gaudebat. Ille vero matri a principio vsqz ad finē narrauit quomodo deus eū a multis malis periculis liberauit: et p aliquos annos vixit: et vitam suam in pace finiuit.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est dominus noster ihesus christus. Regina mater ecclesia. Tres filij homines in mundo viuentes. Per primū intelligo diuites et mundi potentes quibus deus dat mundi voluntatē. Per secundum mundi sapientes qui per sapientiā mundanā quicquid habent acquirunt. Per tercium filiū bonum christianum ab eterno electum cui dedit deus tria iocalia scz anulum fidei: monile sue gratie vel spei: et pannum caritatis. Unde quicūqz anulū fidei portauerit grāz dei et hoīs et amorē habere poterit intantū qz quicquid desiderat obtinebit sicut scribit Apostolus. Si habueritis fidē et granum synapis poteritis dicere huic monti transi et transiet. Si vero in pectore hoc est in corde monile spei habueris cogita quod volueris et quod iustum est obtinebis: vnde Euangelista dicit. Petite et accipietis: querite et inuenietis: et ad Ro. Spe salui facti sumus. Si vero pannum caritatis habueritis vbicūqz esse volueritis obtinebitis Apostolus ad Cor. j. Caritas non que sua sunt querit sed que ihesu christi: et. j. Johā. j. Deus caritas est. Sed ista tria iocalia sepius perdit homo in studio istius mundi per concubinā suam id est carnem scz per carnalem concupiscentiā: qz caro spiritui aduersatur. Concubina traxit pannum a ionatha ipso dormiente. Sic caro sepius caritatem ab hoīe trahit per peccatū mortale: et cum in peccatis dormientē dimittit hoiem ab omni gratia et adiutorio dei quādiu in peccato iacet. Jonathas excitatus a sōno fleuit amarissime. Sic tu postq̄ excitatus fueris a somno peccati: et te inueneris sine gratia et virtutibus merito flere poteris. Quid ergo est faciendū Surge velociter per opera misericordie et inuenies viam salutis: pge quousqz veneris ad aquā per quā caro separat̄ ab ossibus Aqua illa est cōtritio que tam amara debet esse qz debet separare carnē id est carnales delectationes ab ossibus id est peccatis in quibus deū offendisti: et vas cordis tui de hac aqua debes implere. quādiu in hoc mortali corpore fueris contritionē in corde habeas. Deinde vlterius debes procedere et fructum arboris comedere. Ille fructus est penitentia per quā anima sustentaretur: et corpus denigratur sepius ad modū leprosi Istum fructū debes colligere et semp tecū portare. Cum vlterius pcessisset venit ad secundā aquam per quam caro erat restaurata. Aqua ista est confessio que restaurat virtutes pditas. Cum vero vlterius pgeret de fructu secunde arboris comedit et curatus est. Fructus ille est fructus penitētie scz orationis ieiunij et elemosine. De istis fluuiis et fructibus debes semper portare tecū vt si a casu aliquem regem leprosum inueneris ipsum cures. Rex iste dicitur homo per peccatum infectus qui per fructū confessionis et aquam cōtritionis curari poterit Duo que sibi in via occurrerunt et ad curandum te ducunt sunt timor dei et gehēne propter que homo declinat a malo et facit bonum. Naues que ionathā duxerunt ad patriā sunt diuina precepta que nos ducūt ad gaudia eterna: sed oportet nos prius videre concubinā scz carnem spūi contrariā et eam in lecto carnalis cōcupiscentie inuenies. Da ei de fructu penitentie cum aqua cōtritionis per que duo intumescat hoc est eleuetur per bonā deuotionē ad recipiendū iugum penitentie: et sic tu poteris spiritum deo reddere cum iocalibus id est bonis virtutibus ad patriā regni celestis peruenire ad quam nos perducat pater et filius et spiritussanctus etc.

De gloria mūdi et luxuria que multos decepit: et ad interitum deducit.

Capitulum. cxxj.

Dim erat quidā rex qui habuit duos milites i vna ciuitate: vnus

erat senex alter iuuenis. Senex erat diues: et pulcram puellam propter eius pulcritudinem in vxorem duxit. iuuenis miles erat pauper: et quandam vetulam locupletam propter diuitias accepit quam miles non multum dilexit. Accidit semel quod miles iuuenis per castrum senis militis in quadam foresta in solacio sedebat et dulciter cantabat. iuuenis cum eam vidisset captus est in amore eius et in animo cogitabat. Melior esset combinacio inter me et illam iuuenculam quam inter ipsam et virum suum qui est homo senex et impotens. et quod vxor mea esset vxor eius: et ab illo die incepit eam diligere et clinodia dare. Domina etiam miro modo eum dilexit et quando potuit eum accessit: et in omnibus viribus nitebatur si possibile esset in virum accipere post mortem viri sui. Erat autem ante fenestram castri senis militis arbor fici in qua omni nocte philomena residebat que dulciter cantabat propter cuius cantum domina singulis noctibus surrexit et ad fenestram perrexit: et per magnum spacium ibidem expectabat vt canticum philomene audiret. Cum hoc percepisset vir eius quod singulis noctibus surgeret ait ei. Carissima qua de causa de lecto singulis noctibus surgis. Que respondit quod super arborem fici omni nocte residet philomena Que tam dulciter cantat quod oportet me surgere et eam audire. Miles hoc audiens de mane surrexit et cum arcu et sagitta ad arborem fici perrexit philomenam occidit et cor extraxit et vxori presentauit. Domina videns cor philomene fleuit amare dicens. O bona philomena fecisti quod debuisti ego sum causa mortis tue: statim nuncium ad iuuenem militem misit nunciando ei crudelitatem mariti eo quod philomenam interfecisset. Miles hoc audiens commota sunt omnia viscera eius et ait in corde suo: O si constaret illi crudeli quantus est amor inter me et suam vxorem peius me tractaret. Armauit se duplici armatura: et castrum intrauit et senem militem occidit. Post hoc cito moritur vxor sua et post hoc cum magno gaudio vxorem senis militis in matrimonium duxit et ambo longo tempore vixerunt et in pace vitam finierunt

Moralisatio

Carissimi. Per istos duos milites intelligere debemus moysen prophetam et dominum nostrum Iesum christum. Christus erat senex qui ab eterno iuuenculam desponsauit. s. legem nouam. moyses erat iuuenis quod in tempore factus qui legem antiquam desponsauit. Arbor in qua philomena cantauit est crux in qua christus pependit: philomena est eius humanitas que dulciter cantabat quando patrem celestem pro genere humano rogauit. Sed iudei non poterant pati quod domina surgeret de lecto. i. quod tot surgerent de lecto peccati et christum insequebantur: ideo eius humanitatem occiderunt et cor eius extraxit. i. amorem quem nobis ostendit. i. cuilibet christiano ostendit vt a peccato quiescat et deo fideliter seruiat. Moyses vero armauit se duplici armatura et leonem occidit. i. armauit se cerimonijs et circumcisione: et non tantum peccata eius sed omnium fidelium a primo parente vsque ad aduentum christi ipsum occiderunt sicut est scriptum. Ipse peccata nostra in corpore suo tulit. Quid sequitur postea. Certe moyses. i. quilibet fidelis homo qui desideret ianuam regni celestis intrare oportet vt legem desponset. Iuxta illud Mathei. Qui crediderit et baptisatus fuerit saluus erit etc.

De adulteris mulieribus et execratione quorundam prelatorum

Capitulum. cxxij.

Miles quidam perrexit et vineam suam vindemiaret: vxor autem eius putans ipsum diutius moraturum amasium habuit pro quo misit. vt cito veniret: qui venit cameram intrauit: et cum ambo in strato essent venit miles. s. maritus ramo vinee in oculo percussus ostium percutit et illa tremebunda aperuit prius tamen amasium abscondit. Miles ergo intrans oculum doluit et lectum vt quiesceret parare iussit. Tunc vxor timens ne amasium in camera latitantem videre posset marito ait. quid festinas ad lectum dic mihi quid accidit: illo vero referente illa respondit. Dimitte me inquit domine vt sanum oculum arte medicinali confirmem ne illo forsitan morbo alterum similiter amittas. Quod ille sustinens os suum illa quasi pro medicina supra mariti oculum sanum apposuit et manu amasio in

mnes ille recessit. Quo facto dixit vxor marito. Modo secura sum q nullus malum oculo sano eueniet: iam lectum ascende et quiesce.

Moralisatio

Carissimi. Iste miles est prelatus ecclesie qui hz sanctā ecclesiaz custodire: z oues sibi traditas regere. Uxor adulterata est anima que sepius p peccatum dyabolo adheret. Miles per cutit oculo quotiens prelatus muneribus extecat: qr scriptum est Eccle. ix. Munera excecant oculos iudicum sic q necesse habeat cameram bone vite intrare z omnē auariciam z cupiditatem a se excutere per penitentiam tunc audacter dz ostiuz cordis sui pcutere: tūc vxor. i. anima aperiet vt gloriaz dei recipiet. Sz heu sepe p carnales affectiones z mundi blandicias oculū sanum cordis cum quo deberemus deuz ꝯtemplari offuscant p mundi vanitates z carnis voluptates intantum q piculum suiipsius. Et subditoꝝ non poterit aduertere z p pniam emendare. Studeat ergo vnusquisqz sic oculos mentis ad deum dirigere: vt poterit omne velamen peccati expellere.

Q, iuuencule per parentes sunt a luxuriosis coercende z voluntati proprie non relinquende Capitulum. cxxiij.

Miles quidam erat qui pegre pficiscens ꝯmisit vxorem socrui sue seruandaz. i. matri vxoris sue. Uxor autem post decessum mariti quendam iuuenez amauit quod matri indicauit. Illa vero statim sibi fauens iuuenez accersiuit: quibus epulantibus miles adueniens ostium pulsauit. Statim vxor surgens amasium in lecto abscondit z post hoc ostium marito aperuit. Qui cum intrauit precepit vt lectus pararet. Lassus nanqz quiescere voluit: vxor vero turbata quid facerez cogitauit. Quod videns mater ait. Ne festines filia lectum pare donec monstremus marito tuo lintheum quod fecimus: mater erigens lintheum q̄ntum potuit per vnū cornu alterum filie ad subleuandum dedit. Et tamdiu lintheum extenderunt donec amasius est egressus: z sic maritus delusus ē p extensionem linthei. Quo facto ait mater filie sue. Nunc extende lintheum sup lectum mariti tui qd manibus tuis z meis ꝯtextū ē

Moralisatio

Carissimi. Miles iste est quilibz homo qui post baptismum pergit tanq peregrinus in mundo isto: qr q̄diu hic sumus peregrini sumus. Psal. Ego pegrinus sum z filius matris mee. Sz in illa pegrinatione vxor scz caro sepius adulterat cum vicijs z ꝯcupiscētijs. Miles ad ostium pulsat quotiens recordat quid z q̄ntum contra deum deliquit: et ideo tenet pulsare: orare: ieiunare: elemosynam dare: z alia bona opa facere: z sic poterit cameram bone vite intrare z in predictis diuitijs quiescere. Sz vxor. i. caro sepe hoc pcipiens q homo pniaz pponit facere turbat: qr non sustinet libent ad agendum pniaz: statim mater. i. mundus hoc pcipiēs erigit lintheamen. i. mundi vanitatez in quibus tantuz homo delectat q piculum proprium non aduertit: quod est dolendum.

Q, mulieribus non est credendum neqz archana ꝯmittenda: q̄uoz tpe iracundie nō celant Capi. cxxiiij.

Quidam miles generosus quendam regem a quo feudatus erat grauiter offenderat: misit ad euz milites vt p eo intercederent: vix eniz amiciciam sub hoc pacto obtinuerunt scz q ad curiam eius pedester z equester pariter veniret. i. semiequitans z semiambulās: et q duceret secum amicum fidelissimum z ioculatorem optimum z inimicuz pfidissimū. Miles multum contristatus cogitare cepit quomodo hoc implere posset. Quadaz vero nocte cum pegrinum quendam hospicio recepisset clam dixit vxori sue. Scio q pegrini pmptam pecuniam secum portant Uolo ergo si tu suaseris eum interficere: z pecuniaz eius obtinebimus. At illa. Bonū est ꝯsiliuz. Cunctis ergo dormientibus circa diluculum surgit miles excitans pegrinum z abire iubet: z vnum de suis vitulis in frustra cidit: ponens eum in sacco. Deinde vxorem suam excitat dans sibi saccum: vt in angulo domus absconderet dicens: tātum caput z crura cum brachijs in hoc sacco posui: corpus autem in nostro stabulo sepeliui. His dictis aliq̄ntulum pecuniaz sibi ostendebat ac si illaz peregrino mortuo abstulisset. Cum autem dies adesset vt dn̄o

suo se presentaret accipiēs a dextris canē
z paruum filium suum in gremio z vxorē
a sinistris ad castrum perrexit. Cum castro
domini sui appropinquaret dextrum crus
super dorsum canis sui velut equitans posu
it: per alterum gradiendo: sicq3 pedester et
equester castrum domini sui intrauit. Quo
viso rex cum astantibus mirabat̄. Ait ei in
der. Ubi est amicus tuus fidelissimus: qui
statim euaginans gladium suum canē gra
uiter vulnerauit qui cum clamore z dolore
fugit. Deinde miles eum reuocat z canis
ad eum venit. Ecce fidelissimum amicum.
Cui rex. Uerū dicis. vbi est ioculator tuus.
Cui miles. Ecce paruulus filius meus cuz
ante me ludit magnum solacium mihi facit
Ait rex: Ubi est maximus inimicus tuus:
Qui statim dedit alapam vxori sue dicens
Quare tu tam impudice respicis dominuz
meum regem. Illa statim respondit O ma
ledicte homicida quare me percutis: nonne
in domo tua ppria lamentabile homicidiuz
ppetrasti: z p modica pecunia peregrinum
occidisti. Iterū miles dedit ei alapam dicēs
O maledicta cur filium tuū depingere nō
formidas. Que statim iracunda tota facta
est: z dixit. Uenite ostendam vobis saccuz
in quo occisi peregrini caput z brachia po
suit z stabuluz in quo eius corpus sepeliuit
Cum venissent vt experirent̄ z locuz eius
vxor ostenderet cito effodientes visis car
nibus vitulinis obstupuerunt. Astutiā mili
tis cognoscentes dignis laudibus eum extu
lerunt: qui postea domino suo regi specia
lis dilectionis vinculo est annexus.

Moralisatio

Carissimi. Miles iste qui sui re
gis gratiaz perdidit est peccator
qui etiam ad obtinendam gra
tiam domini sui premittit intercessores deo
scz dilectos homines q̄si consanguineos z ami
cos. Ut aūt domino suo satisfaciat pedester
veniat: z equester: pedester. i. terrena z tem
poralia q̄si delectabilia conculcando. Eque
ster vero toto cordis desiderio celestia con
templando. Sz canem quoq3 a dextris pro
amico fidelissimo secum ducat. i. angelum
suum bonum vel presbiterū qui animaz suā
habet custodire qui licz sepius gladio suo
criminuz vulneret z offendat: recurrit tamē
fideliter vt amicus qui sua secreta coraz fa
milia principis z amicus tenebit. Ioculato
rem. i. puerū paruum in gremio eit conscien
tia que si bene regulat̄ multum delectatur.
Uxorem vero a sinistris p inimico perfidis
simo ducat. i. carnis mollicz vel demonum
qui sua secreta coraz familia principis z ami
cis. i. coram cunctis angelis atq3 sanctis im
minente mortis horam in perditionem sui
detegit z reuelat. Tunc merito laudabitur
miles sapiens z discretus qui predictas fal
lacias sic fefellit occulte vitulum mactando
z in secreto domus in angulo subterrando
nec occulte homicidium perpetrando. id ē.
corpus proprium in cubiculo flagellando:
aut secreta peccatoris conscientia lacrimis
intensa imitando: nec tamen homicidiū per
petrando: modum debitum non excedēdo:
sed ieiuniis z orationibus z aliis bonis opi
bus sapienter in omnibus insistendo p quē
tandem domini sui gratiam quam perdide
rat rehabebit.

Mulieres non solum pandunt secreta
sed ad hoc mentiuntur plura

Capitulum. cxxv.

Erant duo fratres quorum vnus
laycus alter clericus. Laycus se
pe audierat a fratre suo q mulie
res secretum alicuius non poterunt occul
tare. Cogitabat experiri hoc cum vxore si
bi dilecta cui dixit vna nocte. Carissima se
cretum habeo tibi pandere si certus essem
q nulli diceres: q3 si contrariuz faceres confu
sio intollerabilis mihi esset. At illa. Domi
ne noli timere vnum corpus sumus bonuz
tuum est meum z econuerso z etiam maluz
similiter. Qui ait. Cum ad priuata accessis
sez vt opus nature facerem coruus ingerri
mus a parte posteriori euolabat: de quo suz
contristatus. Que ait. Letus esse debes q
a tāta passione es liberatus. Mane vero
mulier surrexit ad domum proximi sui iuit
z domine domus dixit. O domina carissi
ma potero tibi pandere aliqua secreta. que
ait. Ita secure sicut anime tue. Que dixit.
Mirabilis casus accidit marito meo: no
cte ista accessit ad priuata vt opus nature
faceret. z ecce duo corui nigerrimi a parte
posteriori euolabant: de quo multuz doleo:
Et illa ad aliaz vicinam narrauit de tribus

Et tercia de quatuor: et sic vltra quod ille dif-
famatus est quod .lx. corui de eo euolassent. Il-
le turbatus de rumore: conuocauit populū:
cui narraret rem gestam quomodo mulie-
rem voluit experiri si sciret secretum tene
re. Post hoc moritur vxor eius: et ille ce-
nobium intrauit: litteras didicit tres. quarum
prima est nigra: secunda rubea: tercia can-
dida.

Moralisatio

Carissimi. Ille qui maliciam muli-
erum probauit potest dici homo mun-
danus qui conamine toto labo-
rat vt bona mundana acquirat vt cum sepe
credit sine offensione euadere cadit in mille.
vt qui cadit in superbiam cadit in multos
alios defectus contra salutem anime sue. et
hoc est coruum nigrum a parte posteriori
exire. i. peccatum in effectu: et sic homo dif-
famatur: et non tantum per vxorem propriam
scilicet carnem sed per vicinas alias scilicet per quin-
que sensus. fac ergo tu sicut et ille. collige po
pulum. i. omnia preterita et presentia facta
tua et purga te per viam confessionis: et tunc
poteris cenobium bone vite intrare: et in tri
bus litteris studere per quod studium acqui
ris beatitum eternum. Prima littera est ni
gra: et est recordatio peccatorum que tanquam ni
gra et grauis sarcina torquet et cruciat quo
tidie pectus tuum cum recordatione pene in
fernalis. Secunda littera est rubea et est re
cordatio rosei sanguinis tui creatoris quem
in cruce pro te misero peccatore de quinque
riuulis suis fusum misericorditer abundanter
tribuit. Tercia littera est candida: et est desi
derium celestium gaudiorum et eorum que sequun
tur agnum dei in albis quocumque ierit si ista
tria in corde firmiter nobiscum habuerimus
sine dubio regnum eternum obtinebimus.
Ad quod nos perducat etc.

Quod mulieribus in nullo est credendum
et presertim de secretis Exemplum iocale.

Capitulum. cxxvj.

Macrobius refert quod quidam puer
romanus nomine papirus semel
cum patre suo senatum sapien-
tum intrauit: vbi quoddam secretum consili
um preceptum erat sub pena capitis custo
dire. Cum puer esset reuersus ad domum
mater eius interrogauit puerum quid consules
occultari sub pena capitis statuissent. Ait
puer. Non licet te scire quoniam precipitur
occultari. Audiens hoc mater plus incepit
precibus promissis minis et verberibus pue
rum ad reuelandum secretum inclinare: tan-
dem puer vt satisfaceret matri et secretum te
neret dixit. Hoc est consilium: vtrum sit melius
quod vnus vir plures mulieres ducat. vel vna
mulier ducat plures viros in matrimonium
quo dicto mater alijs feminis romanis se-
cretum hoc proposuit. Que altera die cum
turma magna indeliberate venerunt ad se
natores petentes potius vnam duobus quam
duas feminas vni viro nubere. Senatores
vero pauentes verecundi sexus tam impu
dicam insaniam mirabantur quidnam sibi vel
let tanta feminarum intemperies vt paruc-
ret prodigium et tam inuerecundia postulatio
quid sonaret. Puer papirus hoc vidēs di
xit senatoribus rem gestam. Qui puerum
commendantes statuerunt quod hic puer semper
senatui intercesset in consilio.

Moralisatio

Carissimi. Iste puer est quilibet
homo purus puritate vite Qui
cum patre. i. prelato intrat consi-
lium sapientum. i. religiosorum in quo tractatur
salus et sapientia anime que non omnibus
exponenda est. Sed sicut decet vnumquemque
suum statum suum et penitentiam quam a pro
prio sacerdote recepit non debet alijs reue
lare et multa alia sunt que non debent reci
tari. Mater vero est mundus iste qui sua
det homini religionem dimittere secreta pan
dere: hoc est in corde non retinere sed poti-
us vanitatibus se subijcere: et si non poterit
hominem sic seducere. tunc per minas. id est
per tribulationes et paupertates ipsum inten
dit seducere. Fac ergo tu sicut puer papi-
rus. mundum decipias per voluntariam paup
tatem et ostendas ei quod due femine. i. diuer-
sa vicia carnalis delectationis potius debet
tradi sub custodia rationis quam quod ratio suppe
ditetur sub voluntate et delectatione momen
tanea. Sed sine dubio quantum est in corpe:
potius vult eligere quod ratio suppeditetur. Sed
nullo modo assentire debeas sed econuerso
potius. Et sic per consequens puer papirus
. i. homo purus poterit permanere inter sapien
tes: et virtutes bonas habere. i. inter viros
sanctos siue sanctas continue poterit verba sa

[illegible]

lutis audire et vitã eternã obtinere. Quã etc.

De iusticia et equitate discretissimi iudicis christi per occulta iudicia Ca.cxxvij.

Miles quidam tyrannus erat qui per multa tempora quendaz famulum fidelem tenuit ac in omnibus providum. Quadam vero die cũ ad nundinas cum eodem servo p nemus transiret: accidit vt miles triginta marcas argẽti in medio nemoris perderet famulo ignorãte. Cum pecuniam non inveniret famuluz interrogavit si pecuniaz invenisset qui statiz negavit et iurare cepit q nihil sciret et verũ dixit. Quia non inventa statim pedem famuli amputavit: et eo relicto domi perrexit Erat prope viam quidã heremita qui cum fletum et clamorez famuli audiret velociter occurrit ei. Audivitqz confessionez ipsius. Et dum cognosceret eum innocentem ad hospitium suum ipsum in suis humeris portãdo misericorditer curavit. Deinde oratoriũ suũ intravit: et dño improperavit q non esset iustus iudex eo q illum innocentẽ hominem pedez suuz perdere permisisset. Cũqz diutius orasset et flevisset et dño quasi p falso iudicio quodammodo improperasset: venit ad eũ angelus dicens. Nunquid legisti in psal. deus iudex iustus fortis et patiẽs. At ille: multotiens legi illud et credidi ex toto corde: sz hodie erravi aut ille miser qui pedem suuz perdidit sub velamine confessionis decepit me Respondit angelus. Noli loqui adversus dominum iniquitatez: qz omnes vie eius veritas et iudicia eius equitas. Cõmenda memorie qd sepius legisti. Iudicia dei abyssus multa. Scias itaqz illum hominez pedẽ suuz p culpa veteri perdidisse. Naz ante multa tpa cum eodez pede mrẽz suam precipitavit malivole de quadaz biga. Pro quo facto postea nunq condignaz pniaz egit. Miles ille dñus suus volebat dextrariũ emere ad congregandum maiores divitias in detrimentum anime sue: et ideo iusto iudicio dei perdidit pecuniaz. Quidaz paup fidelis cum vxore et parvulis suis quotidie domino supplicabat vt dignaret sibi in necessarijs providere qui pecuniam invenit et confessori suo obtulit dispendendam. Qui circumquaqz scissitando veraciter illum invenire nõ potuit cuius erat. Ergo eidem pauperi partem eiusdem pecunie tribuit pper deuz: residuam alijs pauperibus erogavit. Pone ergo custodiã ori tuo ne domino aliqtenus improperes vt fecisti: cum ipse sit iudex verus et fortis et patiens. Moralisatio

Carissimi. Miles iste potest dici quilibet bonus prelatus qui debz induí armatura dei vt possitis stare firmiter contra insidias dyaboli. famulus fidelis est subditus in omnibus prelato suo obediẽs. Prelatus ille hz thesauz scilicet animas ad custodiendum quas sepe ex negligentia sua perdidit. Quid ergo est faciendum. Certe debz diligenter quãdiu est in vita inquirere salutem anime. Et si invenire non poterit: amputet pedem dextruz subditi: hoc est talem rebellem castigare: et euz ab ecclesia amputare: donec cognoscat se deliquisse. Sed dic mihi quõ: Ecce famulus postq amisit pedem incepit clamare. Sic peccator per confessionem clamat vt dicit propheta. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam etc. Ad cuius clamorem heremita. i. discretus confessor hz eum portare in humeris suis hoc est eum informando predicando pniaz dando: et in domum ecclesie introducendo p opera misericordie: et hz pro eo intercedere ad dominum improperãdo: sed deum intime precando vt talem conversum conservet et custodiat. Qui aliqñdo cum pede. i. affectione perversa matrem suam. id ẽ ecclesiam suam precipitavit quantum in eo fuit quando divina precepta non custodivit. Angelus qui heremitam informavit est cõscientia pura non ficta cuiuslibet prelati et confessoris qui eos ligat et ducit vt ad clamorem peccatoris cito ei occurrant et in domũ dei cito introducant. Pauper qui pecuniã invenit est christus qui animam sepe custodit ne labat in infernum donec peccator p pniaz resurgat: et sic animam mundaz christo recipiat. qz sine eo nullum bonum opus possimus facere. Pone ergo tu peccator custodiam ori tuo ne aliquid contra deum dicere presumas. Deus enim est iustus iudex et fortis et patiens: ideo nõ dicas quare fecit me et post hoc dimisit me cadere. Vel alio modo potest reduci. iste vero miles potest dici primus parens adam cui deus dedit infinita bona qz eum constituit dominum

omnium creaturarum. p̄s. Omnia subieci-
sti sub pedibus eius &c. Famulus fidelis ē
ratio que in eo dominat̄ q̄diu i puritate vi
te remanserit thesaurꝰ paradisi quem deus
ei ꝓmisit ꝓ se & heredibus hꝫ. Sꝫ adam vo
lens plura acquirere q̄ndo appetebat vt alī
deus non esset statim thesaurꝰ paradisi per
didit. & tunc pedem dextrum famuli ampu
tauit q2 seductus per euam scꝫ per sensuali
tatem non per rationem preceptum diuinū
vilipendit: sed oleum misericordie claman-
do petijt in valle huius mundi quando in
sudore suo panem acquisiuit. Cuius miseri
am videns dei filius de celo descendit & cū
per proprium sanguinem redemit & in do-
mum dei duxit q̄ndo infernū spoliauit: ipse
peccata nostra in corpe suo portauit: q̄ndo
ꝓ nobis miseris mortuus ē. Paupꝫ qui in
uenit thesaurꝰ est christus qui paradisuꝫ ob
tinuit. non ꝓ se sꝫ ꝓ omnibus qui eum dili
gunt. Heremita deum deprecatus est. Sic
christus in passione p carnem incepit time
re quando dixit. Si possibile est transeat a
me calix iste: & rogauit ꝓ genere humano.
Studeamus igitur &c.

De iniuste aliena bona occupantibus: grauis erit in extremis disceptatio
Capitulum. cxxviij.

Maximianus regnauit in cuius im
perio erant duo milites quorꝫ
vnus erat iustus & timens deum
alter vero cupidus & diues: qui magis stu-
duit mundo placere q̄ deo: Miles iustus
quandam terram annexam terre cupidi ha
bebat quam cupidus toto conamine deside
rabat habere. Sepius ad militem iustuꝫ p
rexit & ei aurum & argentum obtulit quan
tum volebat si terram illam ei venderet: Il
le vero semp renuit: sic q̄ tristis recessit. sed
cogitabat quomodo euꝫ deciperet. Accidit
q̄ iustus moreret: quod audiens cupidus:
cartam nomine defuncti scribi fecerat quo-
modo defunctus in vita sua per quandam
summam pecunie ei terram quam desidera
bat vendidit: Quo facto tres homines pre-
cio duxit vt ei perhiberent testimoniū: cuꝫ
quibus ad defunctum accessit & sigillum ei
us inuenit in camera vbi defunctus iacuit:
omnes expulit exceptis suis testibus. De-
inde coram testibus sigillū in manu defūcti
posuit & pollicem sup sigillum ita q̄ cū pol
lice mortui cartam suam signat dicens. Ec
ce estis testes huius rei. Qui dixerunt: Su
mus. Et sic ille miles terram illam vt suam
occupauit. Cui filius defuncti dixit. Quare
terram meam occupas. Qui respondit: pa-
ter tuus mihi eam vendidit. Cui ille. Plu
ries ad patrem meum venisti & pecuniam
obtulisti pro terra: sꝫ pater meus nunq̄ vo-
luit eam vendere. Venerunt pariter ad in-
uicem. Miles cupidus de emptione cartā
sigillatam sigillo defuncti ostendit: & testes
adduxit qui huic testimonium perhibuerūt
Cui filius defuncti dixit. Scio q̄ hoc est si
gillum patris mei: sed scio q̄ nunq̄ tibi vē-
didit: q̄ño sigilluꝫ habuisti ignoro quare ibi
testimonium de hoc perhibeas. Judex ve-
ro istos tres ad inuicem separi fecit & mili-
tem similiter & seniorez fecit adduci querēs
ab eo si orationem dominicam sciret & fecit
eum coram eo a principio vsqꝫ ad finem di
cere: qui eam bene sciuit. & illum fecit poni
in locum seorsum. Deinde iussit secunduꝫ
adduci & ait ei. Carissime ante te socius tu
us erat hic qui mihi dixit ita verꝰ sicut pat̄
noster. ideo nisi tu dicas mihi veritatē quaꝫ
a te quesiero in patibulo te suspendi faciaꝫ.
Ille cogitauit socius meus totum narrauit
q̄ño miles pollicem defuncti accepit & eius
sigillum & cartam suam sigillauit: nisi veri-
tatem dixero ero filius mortis. Qui omnia
per ordinem narrauit. Cum hoc audissꝫ iu
dex fecit eum seorsum poni & terciuꝫ addu
ci: cui ait. Carissime socius vester primus
dixit mihi ita verꝰ sicut pr̄ nr̄ & secūdus eti
am. Ideo nisi tu veritatē mihi dixeris mor
te turpissima morieris: ille cogitauit. Socij
mei omnia secreta militis narrauerūt. ideo
bonum est vt veritatem dicam: Qui de ver
bo ad verbum iudici narrauit: q̄ño hoc fa-
ctum fuit. Quē iudex seorsum poni fecit: &
vocauit militem queꝫ toruo vultu respexit
dicens. O maledicte cupiditas tua exceca-
uit te: dic mihi q̄ño miles defunctus terraꝫ
quā occupas tibi vendidit: ille v̄o ignorans
de ꝯfessiōe testiū allegauit q̄ iuste occupa
ret: cui rex: maledicte testes ꝓhibēt testimo
nium ꝯtra te q̄ño post mortē eius pollicem
accepisti & sigillū eius & cartā tuā sigillasti
qd̄ audiens miles ad t̄raꝫ cecidit & miaꝫ pe
tiuit: ait ei rex: miaꝫ quā meruisti obtinebis
& fecit testes trahi per caudas equoꝝ vsqꝫ

ad patibulū ⁊ ibi suspendi similiter ⁊ militem. Satrape regni iudicium ⁊ sapiaʒ regis laudabant ꝙ taʒ sapienter veritatē inuestigasset ⁊ oia que miles habebat dedit filio defuncti militis. qui gratias regi egit ⁊ hereditatem sibi restituit. Moralisatio

Carissimi. per istos duos milites intelligūtur dyabolus et primus parens. Filius eius erat totū genus humanū ab eo propagatū. Hereditas est padisus quē deus sibi dedit. Hoc vidēs miles cupidus scʒ dyabolus accessit ad euʒ suggerendo ⁊ temptando vt paradisuʒ per pctm amitteret. Ille vero ꝙdiu remāsit in vita scʒ in puritate vite hereditatē scʒ paradisuʒ occupauit: sed eo mortuo per pctm quod cōmisit contra diuinū preceptum perdidit: ⁊ totum genus humanū post eum. Sed primo est querendū quomō perdidit. Hic carta erat scripta quādo eua ɔsensū prebuit vt de ligno vite contra diuinū preceptū comederet. Erat enī sigillata quādo adaʒ qui erat caput rationis: ⁊ cui dabatur specialiter preceptū: comedit ⁊ vxori magis adhesit ꝙ deo. Sigillum vt scitis imprimit suā impressiōeʒ in cera. Sic deus impressit suaʒ imaginē in adam: ⁊ cum mundi dnm constituit: vnde Ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues ⁊ boues ⁊c. Illam impressionem id est imaginem dedit dyabolo quando ei obediuit: ⁊ hoc cū pollice postqȝ defunctus erat. Pollex enim claudit totaʒ manū: pollice amisso manus vires amittit. Per pollicē vero debemus intelligere rationem quaʒ deus homini dedit vt bonum eligat: ⁊ malum respuat: vnde ꝙdiu homo rōne regitur ⁊ ratio in eo dominatur tamdiu poterit bene seipsum ⁊ alios regere: sed qui caret rōne caret virtute ⁊ fortitudine spūali. Adā vero primus parens habebat scientiā a deo infusam vltra omnes creaturas ita ꝙ omnes creature ante peccatū ei obediebāt. Hoc non obstante scienter cū pollice rōnis adhesit dyabolo cū dyabolus ei dixerat. Nō moriemini: sed si comederitis eritis sicut dij scientes bonum ⁊ malum. Dyabolus cum vidisset eum sic seductū: ⁊ hereditate celesti priuatū volebat filium scʒ totum genus humanuʒ excludere: sed homo si cautus fuerit debet ad regeʒ celestē accedere vt pr̄iarche ⁊ prophete fecerunt qui clamauerūt ad deū pro remedio. O domine deus emanuel rex ⁊ legifer nr̄: expectatio gentium ⁊ saluator earū veni ad saluandū nos domine deus nr̄. Sed dyabolus producit secū tres testes scʒ supbiam vite: ɔcupiscentiaʒ carnis: ⁊ ɔcupiscentiā oculoꝝ: ɔtra quos oportet ꝓcedere prudenter. Primū testē debemus examiare si sciat pr̄ nr̄ qui ⁊c: siue orōnem dominicā hoc est si aliquid fecerat ꝓpter quod pctm superbie ɔtra eum testimonium prohibeat humiliet se in oībus verbo ⁊ opere ita vere sicut est oratio dominica: ⁊ regem celestem placabit: exemplo christi qui erat patri obediens vsqȝ ad mortē. Si vero homo timeat secundū testē scʒ ɔcupiscentiam oculoꝝ scʒ mundū in quo tantuʒ delectatur pure ɔfiteatur vt fecit secūdus: ⁊ periculū poterit euadere. Si vero homo timeat terciū testē scʒ ɔcupiscentiam carnis deo satisfaciat per carnis maceratiōnē id est per veram satisfactioneʒ vt fecit tercius testis qui omnia recognouit vnde ipse cū duobus sociis suis in patibulo suspenditur: de quo loquitur Apostolus. Suspendium elegit aīa mea id est suspendium penitentie. Et si sic fecerimus vitam eternā obtinebimus: ad quam nos perducat ⁊c

De amicicie vere probatione
Capitulum.cxxix.

Rex quidaʒ habuit tantū vnicum filiū queʒ multū dilexit: qui filius a patre licenciaʒ accepit vt mūdum visitaret ⁊ amicos sibi acquireret: qui p septem annos vagabatur in mundo: ⁊ post hec ad patreʒ rediit: pater gaudenter eū recepit ⁊ ab eo quesiuit quot amicos acquisiuisset ait filius. Tres. Primū amicū plus ꝙ me ipsum diligo. Secundū tantū sicut meipsuʒ. Et tercium paꝝ aut nihil: cui pater. Bonū est eos ꝓbare ⁊ temptare anteꝙ indigeas de eis. Porcū occide ⁊ in sacco pone ⁊ in domū amici queʒ plus diligis ꝙ te ꝑge de nocte ⁊ ei dic ꝙ a casu hoiem occidisti: ⁊ si inuentuʒ fuerit corpus ego morte turpissima ero ɔdēnatus: rogo mō te sicut te semp plus ꝙ meipsū dilexi: succurre mihi i hac maxima necessitate: quod factū est: at ille respondit. Sicut eum occidisti: necesse est vt penitētie subiaceas: si corpus esset inuentum forte in patibulo eris suspensus: veruntamen qr ami

cus meus fuisti: ideo tecum pergam ad pa
tibulum: et postq̃ mortuus fueris tres vel
q̃tuor vlnas panni tibi dabo ad corpus tuũ
inuoluendum. Ille hoc audiens ad secundũ
amicum accessit et illum vt primũ probauit
ille sicut primus renuit dicens. Credis me
fatuum q̃ in tali periculo me ponere velles
veruntamen quia amicus meus fuisti: ideo
ad patibulũ tecum pergam: et in via te con
solabor quantum potero. Ille ad tercium
amicũ accessit: et cum probauit dicens. Ve
recundor tibi loqui q2 nunq̃ pro te aliquid
feci et a casu hominem interfeci etc. at ille. Li
benter hoc faciam et mihi culpam imponã
et patibulũ si necesse fuerit pro te ascendam.
Nunc expertum est meliorem amicũ suum
fuisse

Moralisacio

Carissimi. Rex iste est deus om-
nipotens. Filius vnicus est quili
bet bonus christianus qui p. xij.
annos id est toto tempore vite sue habet in
mundo conuersari et tres amicos querere.
Primus est mundus quem plus diligit q̃
seipsum: probat hoc: propter mundũ homo
se ponit in periculo mortis modo in mari mõ
in terra vitam sepe amittendo vt temporalia
bona possit hr̃e: ergo plus diligit mundum
q̃ seipsum. Et si eum tempore necessitatis
probaueris sine dubio tibi deficiet: imo de
oibus bonis tuis si tibi dederit duas vlnas
vel tres de panno ad inuoluendum corpus
tuum multum est. Secundus amicus quem
tantum diligis sicut teipsum est vxor tua et
filij tui et filie bene ad sepulcrum in morte
tecũ plorando pergunt: et cũ vxor ad domũ
redierit infra paucos dies dolor recedit et a
lium incipit amare. Tercius amicus p̃ quo
parum fecisti est qui pauca bona pro eius
amore sumus operati imo multa mala qui
tpe mortis amicus est si cõtriti et cõfessi fueri
mus imo p̃ nobis mortẽ in cruce sustinuit.

Q3 vir sapiens plus valet viro forti

Capitulum. cxx.

Erat quidam rex qui pauperem
quendam ad magnas diuitias pro
mouit: eique vnum castrũ ad custo
diendum cõmisit: ille sic sublimatus superbus
factus est valde: cũ inimicis regis cõsilium
habuit: et ipsorum proditor factus castrũ ipsis
aperuit. Rex vero de hoc multũ contristatus
cõsilium habuit quomodo castrũ rehaberet
Dictũ est ei q̃ non posset castrũ rehabere
nisi tria haberet scz fortitudinem sapientiam
et dilectionẽ vna cũ diuitiis. Unde in regno
suo fuerunt tres milites quorum vnus ceteris
fortior: secundus sapientior: tercius regem
multum dilexit. Isti tres milites sunt missi
cum exercitibus vt castrum inuaderent. Pri
mus miles fortis cum exercitu grandi pre-
cessit per quandã forestam in qua erant ini
mici regis: et incepit viriliter contra eos pu
gnare: sed subito quedã sagitta exiit de bali
sta et eum inguine percussit et mortuus est
Miles sapiens post eum forestam intrauit
et icepit allegare iura: sic volẽs eos allicere
ad restitutionem castri: interim venit sagitta
que percussit eũ inter pulmonem et stomachũ
et mortuus est. Hec tercius miles videns fo
restã intrauit: et incepit dulcia verba proferre
et ornate loqui intantũ q̃ illum libenter au
diebant et transire permittebant: veruntamen
tantum cum illis fecit q̃ introitum habuit in
castrũ: et sic inter eos conuersabatur q̃ oẽs
existentes in castro sunt cum eo cõfederati
et sic castrum pro lege acquisiuit et suũ vexillũ
in summitate ordinauit. Cum rex hoc au-
diuisset q̃ tam prudenter castrum acquisi-
uisset illum ad magnas diuitias promouit.

Moralisacio

Carissimi. Iste rex ẽ dominus nr̃
ihesus xp̃us. qui illum pauperem
scz adam primum parentem ad
magnas diuitias promouit quando cum se
nescallum paradisi cõstituit: sed ille per pec-
catum perdidit. Unde in toto regno mũdi
pauci erant inuenti qui castrum predictum
id est paradisum poterãt obtinere. Uocati
sunt tres milites per quos intelligo tria ge
nera hoim. Per primum mundi potentes
qui credunt per potentiã et fortitudinẽ mun
danam paradisum acquirere: et licet sint ad
hoc apti venit tamen subito sagitta superbie:
et ipsos spiritualiter interficit. Per secundũ
militẽ mundi sapientes intelligere debemus
qui incipiũt iura allegare vt sunt iudices ec
clesiastici aduocati et iudices tẽporales qui
credunt per sapientiam suam paradisum ac
quirere: et dum incipiunt bene viuere venit
sagitta auaricie id est bursa plena pecunie:
et sic percutit eos et spũaliter interficiuntur

Per tercium militem qui dulcis sine tumultu loquebatur christianum simplicem totaliter in deo cor habentem poterimus intelligere qui non confidit in pompa humana: nec in eius sapientia: sed solummodo in deo: iuxta illud Ps. Beatus homo qui sperat in domino. Certe talis castrum paradisi poterit acquirere: quod nobis prestare digneτ zc.

De diuitibus quibus datur: z pauperibus quibus id quod habent abstrahit: quomodo deus eos eternaliter remunerat propter celestem patriam.

Capitulum.cxxxi.

Rex quidam fecit proclamari quod omnes indifferenter ad eum venirent: et quicquid ab eo peterent obtinerent. Nobiles et diuites aliqui ducatum aliqui comitatum: aliqui militiam: aliqui aurum et argentum petierunt z obtinuerunt: deinde pauperes et simplices venerunt ad regem cum petentes: quibus ait rex. Tarde venistis ante vos nobiles z principes venerunt z omnia que habui eis dedi: qui tristes de responsione fuerunt: rex vero pietate motus ait. Carissimi tantum eis temporalia dedi: sed dominium retinui; quod hoc nullus petiuit ego do vobis hoc vt sitis domini eorum z iudices. Diuites hoc audientes contristati sunt z venerunt ad regem dicentes. Domine confusi sumus quod pauperes z seruos nostros constituisti iudices z dominos nostros: melius est nos mori quam sic seruituti subiiciamur: ait rex. Carissimi non facio vobis iniuriam quicquid a me petiuistis vobis dedi intantum quod nihil mihi retinui nisi dominium quod dedi eis: sed do vobis consilium: quilibet vestrum satis habet ad viuendum: det ergo quilibet vestrum partem de diuitiis pauperibus per quam poterunt honeste viuere z ego dominium ab eis recipiam z apud me manebit: et sic eritis liberati a seruitute magna: quod z factum est.

Moralisatio

Carissimi. Rex iste est deus diues super omnia. Preco proclamans est predicator qui dicit. Petite et accipietis: querite z inuenietis. Diuites et mundani [illegible] cum illum clamorem audierunt [illegible] cum omni labore castra ciuitates aurum z argentum petierunt et obtinuerunt: sed christus tantum de mundanis dedit eis quod nihil retinuit Isai.liij. Vulpes foueas habent: z volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet: deinde pauperes venerunt z nihil habuit eis dare nisi dominium: z sic eos constituit dominos z iudices diuitum: iuxta illud Mat. Vos qui reliquistis omnia z secuti estis me sedebitis super sedes duodecim iudicantes.xij.tribus israhel: z illud Math. v. Beati pauperes quoniam ipsorum est regnum celorum. Diuites hoc videntes debent multum dolere quod pauperes qui serui eorum fuerunt in hoc mundo debent esse iudices z domini eorum in celo. Si ergo desideratis cum eis regnare faciatis sicut fecerunt illi: quilibet det elemosinam quantum potest pauperibus vt poterunt viuere: z sine dubio cum eis poteritis ineternum regnare.

De inuidis qui bonos per malam vitam inficiunt.

Capitulum.cxxxij.

Ciuitas quedam erat in qua quatuor phisici fuerunt in medicina periti. Iunior alios tres in scientia excellebat intantum quod omnes infirmos ad eum venientes saluauit: quod alij inuidentes moti sunt contra eum z inter se dixerunt. Quomodo poterimus istum extinguere: ecce totus mundus ad eum currit z nihil poterimus propter eum lucrari: ait vnus de tribus. Ad tres leucas omni ebdomoda visitat ducem z die crastina ad eum accedet ego stabo extra ciuitatem ad vnam leucam: tu vero ad secundam: z alius ad terciam. Cum vero in fine prime leuce venerit ei obuiabo z signo crucis me signabo: z quilibet vestrum sic similiter faciet. Ille vero causam crucis queret: dicemus. Leprosus factus es z ex timore lepram incurret: quia dicit Ypocras. Homo timens lepram ex timore eam incurrit: z cum leprosus fuerit nullus ad eum accedet: quod z factum est.

Moralisatio

Carissimi. per istos tres medicos qui quartum inficiebant debemus intelligere tria vicia que in isto mundo regnant scilicet superbia vite; concupiscentia carnis; z concupiscentia oculorum. Vel signant dyabolum mundum z carnem. Isti sunt medici reproborum qui faciunt corpus in deliciis viuere: animam in inferno regnare.

Medicus subtilis est quilibet bonus christianus sicut sunt prelati et confessores qui habent nos spiritualiter curare: virtutes inserere: et vicia extirpare. Sed heu proh dolor sepe per illa tria vicia medicus spiritualis est infectus intantum quod non est dignus gradum in ecclesia tenere: sed extra vt sunt symoniaci et alij qui sunt diuersis diuitijs irretiti. Carissimi si voluerimus ab istis vicijs cauere extra viam ambulemus per opera misericordie et sic poterimus ad regnum peruenire: quod tc.

De spirituali amicicia
Capitulum.cxxxiij.

Erat quidam rex qui duos leporarios habuit qui quasi continue ad inuicem erant ligati: et quamdiu inuicem ligabantur mutuo se dilexerunt: sed ipsis solutis quilibet alium voluit deuorare. Rex vero hoc videns multum dolebat: quia quando ludere cum eis volebat et venari ipsis solutis pugnabant et ludo non intendebant. Rex consilium querebat super hoc: cui dictum est quod lupus fortis et crudelis adduci deberet et vnus de canibus contra eum pugnare permitteretur: quando hic canis fere fuerit deuictus alium canem contra eum admitteret cum primus canis videret se auxiliatum semper post hoc ad inuicem mutuo se diligerent: quod et factum est: et lupo quasi deuincente canem primum: et primo cane deficiente alius eum defendit et lupum occidit: ab illo tempore tam ligati quam soluti canes mutuo se dilexerunt.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est dominus noster ihesus christus. Duo canes ad inuicem ligati sunt corpus et anima in baptismo ligata: quamdiu vero sic stant ligati mutuo se diligunt: sed si soluantur per peccatum mortale statim vnus contra alium est vt dicit Apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum et econuerso. Quid ergo est faciendum. Certe vt caro subiiciatur penitentie et contra lupum id est dyabolum se opponet: et tunc anima confortabitur et cum carne pugnabit viriliter: et post hoc erit amor in omni prosperitate et aduersitate: et pariter ambo diligentur a domino: propter cuius dilectionem vitam eternam obtinebunt.

De innocenti morte christi
Capitulum.cxxxiiij.

Narrat Seneca quod lex aliquando erat quod quilibet miles in armis suis sepeliri deberet: et qui super hoc defunctum armis spoliaret morte moreretur. Accidit casus quod quedam ciuitas obsessa erat a quodam rege tyranno qui in circuitu ciuitatis insidias ponebat: et populum quasi sine numero occidit intantum quod erant in periculo ciues perdendi et multum timebant quia resistere non poterant. Dum autem sic in periculo starent quidam miles fortis nobilis et strenuus intrauit ciuitatem et ciuibus multum compatiebatur. Ciues vero accesserunt ad eum dicentes. Domine adiuua nos: at ille. Carissimi isto periculo liberari non poteritis nisi per manum validam. Ego vero vt videtis in armis non sum: ideo non possum pugnare. vnus de ciuibus dixit. Domine infra paucos dies in hoc sepulcro quidam miles sepultus est in optimis armis: arma eius accipe et ciuitatem nostram de inimicis libera. Miles armis a mortuo receptis inimicis certamen et victoriam obtinuit: et sic ciuitatem liberauit et arma recepta reposuit. Emuli inuidia moti quod tam gloriosum bellum fecit eum apud iudicem accusauerunt quod contra legem egisset eo quod defunctum armis spoliauit: qui respondit. Domine de duobus malis maius malum est vitandum: et quia ciuitatem tueri non potuissem ab inimicis nisi habuissem arma ideo ea accepi et reposui. Item fur vel predo spoliat ea intentione vt non restituat: sed ego propter bonum commune arma accepi et restitui: ideo potius deberem premiari quam accusari. Item in ciuitate aliqua si domus accenditur nonne melius est vt domus illa sine dilatione totaliter destruatur antequam cetere domus incendantur et ciuitas tota destruatur. Sic in proposito: nonne est quod omnes conseruaui accipiendo arma quam non accipiendo non defendissem: si enim ea non accepissem omnes essetis interempti: emuli vero dixerunt. Reus est mortis. Iudex vero ad petitionem eorum contra eum sententiam dedit vt occideretur et sic factum est. De cuius morte factus est planctus magnus in ciuitate.

Moralisatio

Carissimi. Ciuitas ista obsessa erat mundus iste a dyabolo magno tempore. Et quotquot tunc

in mundo erant fuerunt in periculo pereundi quia oēs in infernum descenderūt. Mundus iste erat circūuallatus viciis et concupiscentiis. Miles fortis qui arma non habuit est dominus noster ihesus xp̄us: vnde Ps. Dominus fortis et potens ₇c̄. Qui videns mundum in periculo: et totū genus humanū in perditione: perrexit ad sepulcrū id est vterum beate virginis. Et ibi inuenit arma primi parentis id est humanitatē assumpsit: et ɔtra dyabolū pugnauit: victoriā obtinuit: ₇ nos a morte liberauit. Emuli sūt iudei hoc videntes illum apud pilatū accusabant dicētes. Ne forte veniant romani et tollant nostrum locum et gentem ₇c̄. miles dicebat. Melius est vt vna domus destruatur ꝙ tota ciuitas: ecōtra cayphas dicebat Expedit vt vnus moriatur et nō tota gens. ideo pilatus eum morti tradidit. De cuius morte petre scisse sunt: et tenebre facte sunt super vniuersam terram: sed facta victoria iterato in sepulcro hec arma posuit id ē corpus suum gloriosum in terra quieuit. Studeamus ergo eius mortē plangere in mēte in corde retinere: ₇ ad memoriam reducere quia viriliter pro nobis pugnauit et nos a faucibus dyaboli liberauit. Unde propter hoc tenemur eum super omnia diligere: et pro eius morte patrem et matrem dimittere Quis vnꝗ audiuit ꝙ homo habens vnicū filium ₇ heredem qui eum mori permittere vellet sicut pr̄ celestis fecerat de vnico filio suo domino nr̄o ihesu christo ₇ tamen mortuus est. Sic et nos debemus voluntarie carnis delectationes et omne quod deo displicet per penitentiā mortificare: et sic vitā eternam poterimus obtinere.

De conscientia nostra dum angustiatur ad deum per ɔfessionē et opera meritoria recurramus. Capitulum. cxxxv.

Refert Augustinus in de ciuitate dei ꝙ lucrecia erat mulier romana nobilissima que erat vxor calatini. Cum ille calatinus sextū noīe filium imperatoris tarquinij ad castrū suum inuitasset: sextus est stati captus in amore pulcerrime lucrecie. Tps aptum quo imperator et calatinus de roma simul recederēt obseruans ad predictū castrum reuersus ibi pernoctauit: et nocte illa non vt hospes sed vt hostis cubiculum lucrecie clam ingressus manu sinistra opprimēs pectus eius: dextra vero gladiū tenens se prodidit dicens. Sextus sum mihi consentias vel morieris. Illa nullo modo ɔsentire volebat: dixitqꝫ sextus Nisi mihi cōsentias seruum iugulatū nudū corpori tuo nudo etiam te iugulato tibi sociato vt per orbem fama currat lucreciā cū seruo in cubiculo iugulatā. Illa vero timēs de tali infamia coacta ɔsensit. Sextus vero completa libidine recessit. Illa vero multū dolens patrem ₇ maritū frēs ₇ imperatorē nepotes et proconsules vocauit per litteras quos omnes presentes sic alloquitur dicēs Sextus domum meam intrauit hostis pro hospite. Scias tu o calatine vestimenta viri alieni in lecto tuo fuisse: verūtamē licet corpus sit violatum: animus tamē est innocēs. iam a culpa me absolue: a pena tamen non liberabor: statim cum gladio occultato sub clamide ꝓpria manu se transfixit: quo factō amici eius gladio illo accepto iurabant per sanguinē lucrecie oēm progeniē tarquinij de roma eicere et extirpare: quod ₇ fecerūt. Sextum vero auctorē criminis interfecerūt miserabiliter

Moralisatio

Carissimi. Lucrecia nobilis dn̄a est anima a deo per baptismum lota et deo coniūcta. Sextus est dyabolus qui nitit̄ minis et muneribus animam violare: domuꝫ eius intrauit quando peccato ɔsensit scꝫ cor suū quod est domus anime: pectus eius opprimit quando homo totaliter ɔsentit: et eaꝫ violat quando manū per consensum actu complet. Post hec lucrecia scꝫ aīa dolens vocat patrē ₇ maritū Sic et tu carissime debes vocare patrē id est confessorem: maritū id est christum per opera misericordie: et sanctos cum bona deuotione: et ostendere quicquid ₇ quantum cōtra deum deliquisti. Et tunc cum gladio penitentie teipsuꝫ occide id est vicia et pc̄ta extirpa: ₇ sic corpus deferatur romaꝫ id est in sanctam ecclesiam ad ostendendū in qua forma publice vel occulte deum offendisti. Tūc dyabolus et omnes sui sequaces erūt expulsi et recedent confuse: ₇ tu remanebis saluus in bona vita: quod nobis prestare dignetur dominus noster ihesus christus qui cum patre et spūsancto viuit ₇ regnat p̄ ₇c̄

Quod vigilare debet pastor animarum
Capitulum.cxxxvj.

Fur quidam ad domum cuiusdam diuitis nocte venit qui ascendens tectum domus per foramen prospicere cepit si adhuc aliquis de familia diuitis vigilaret. Quod hospes considerans: priuate vxori sue dixit. Interroga me alta voce qualiter hec bona quesiui que habemus nec desistas donec finaliter tibi dicam: tunc ait mulier. O bone domine cum nunquam fuisti mercator dic mihi qualiter tantam pecuniam quam possides nunc congregasti: cui illa. Noli stulta a me hoc querere. Illa autem magis ac magis querere non cessabat: tunc vir quasi coactus suis precibus ait. Noli ita prodere que tibi dico et veritatem pandam at illa. Absit hoc a me: at ille. Fur eram et nocturnis furtis omnia que nunc habeo congregaui: cui mulier ait. Miror ergo quod nunquam fuisti deprehensus: cui ille. Qui magister meus erat verbum me docuit quod septies dicebam quando tecta hominum ascendebam ait mulier. Rogo te dic mihi illud verbum cuius virtute sine periculo furtum commisisti at ille. Tibi dicam sed alteri nullo modo dicas ne forte possunt bona nostra asportare at illa. Nullo modo antepeabo: qui ait. Hec sunt verba fallax fallax: his dictis mulier obdormiuit. Vir autem finxit se dormire sternutabat. Fur etenim cum audisset gauisus est sumpto lune radio: et septies dicto carmine laxatis manibus et pedibus per fenestram in domum cecidit: et magnum sonitum fecit fracto crure et brachio iacuit miserabiliter semiuiuus in terra. hospes quoque audito sono quesiuit quasi nesciret qualiter cecidisset: at ille. Verba fallacia me deceperunt. Hospes quidem eum recepit et summo mane in patibulo suspendi fecit

Moralisatio

Carissimi. Fur iste est dyabolus qui per malas cogitationes tectum cordis tui ascendit: et foramen facit per malum consensum. Vir cum vxore est bonus prelatus ecclesie desponsatus: cui dyabolus toto conamine nititur per peccatum bona sua furari scilicet virtutes quas in sacro baptismo recepit auferre. sed bonus prelatus sancte ecclesie desponsatus debet continue vigilare vt non sinat furem anime domum perforare: iuxta illud verbum saluatoris. Vigilate quia nescitis qua hora fur est venturus: et contra eius malicias et nequicias intra se et vxorem scilicet ecclesiam prouideat quomodo dyabolo sit resistendum vt cadat a corde eius et nullo modo ei noceat. Vel etiam alio modo potest reduci. Fur iste erat lucifer pulcer qui toto conamine ascendere volebat vt alter deus esset et auferre ab eo eius dignitatem et dicebat illud Ysaie. Ascendam in celum et similis ero altissimo: et etiam in Genesi. Ponam sedem meam in aquilonem et similis ero altissimo: quod postea ascendit per radium hoc est per suam pulcritudinem cecidit in infernum. Et fregit crura sua id est amisit sic suum decorem quem deus sibi contulit et suspensus est in patibulo infernali: a quo nos protegat qui sine fine regnat etc.

De naturali benignitate christi et misericordia quibus naturaliter peccatoribus conuertentibus miseretur: et quod christus recipit quos mundus eicit
Capitulum.cxxxvij.

Narrat Eusebius in cronicis de quodam imperatore qui populum romanum in maxima equitate gubernabat nulli parcens: sed pro equali culpa equalem penam tribuens tam diuitibus quam pauperibus. Senatores romani eum propter hoc imperio priuauerunt: et tanquam pauperem fugere compulserunt. Ille statim accessit ad constantinum et cum eo pactum fecit: et tam strenue et tam prudenter se habuit sic quod post eum in imperatorem est electus. Qui congregato exercitu romam obsedit: et cum romani euadere non possent quin ab eo caperentur: miserunt primo ad eum seniores: secundo iuuenes: tercio mulieres que nudis pedibus ante eum se prostrauerunt postulantes veniam quam obtinere non poterant Vltimo miserunt sibi parentes suos simplices quos habuit in ciuitate: mater eius pectus et vbera ei ostendit que suxerat. Quod cum vidisset imperator amore naturali compaciens totam offensam dimisit: ciuitatem intrauit et honorifice susceptus est.

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est christus qui per peccatum de ciuitate sua .i. de corde hominis expellitur ac de mundo isto quando iudei eum morti tradiderũt. Ille vero sic expulsus ad patrem perrexit vbi est electus in perpetuũ imperatorem et iudicem nostrum in die iudicij: quia omne iudicium dedit pater filio: Johan. viij. Ergo nobis valde timendũ ẽ quomodo in die iudicij debeamus ei occurrere quando veniet cũ magno exercitu angelorum. Quid ergo est faciendum. Certe premittamus primo seniores .i. alte clamemus ad patriarchas et prophetas vt pro nobis implorent nudis pedibus .i. cũ affectiõe Item secundo iuuenes .i. apostolos martyres et confessores noui testamenti per opera misericordie imploremus. Itẽ mulieres .s. sanctas virgines et viduas et principalit rogemus matrem dei virginem gloriosam: et ipsa nobis obtinebit vitã eternã. Quã etc.

De illis quos austeritate vincere non possumus benignitate superemus

Capitulum cxxxviij.

Erat quidam rex nomine Medro qui vnicum filium habebat. heredem: filius dimisit patrẽ propter hoc pater eum fugauit spoliando ipsũ ab hereditate sua. Facto hoc filius fugit ad regem persarum inimicum et emulum patris sui: et narrauit ei q cum eo se teneret vsq ad mortem omni tempore paratus si necesse esset contra patrem suum proprium bellare. Tandem ortum est bellum inter dictos reges qui simul pugnauerunt. Accidit q rex medro grauiter vulneraret vsq ad sanguinis effusionem: quod filius eius considerans statim cucurrit ad patrem et pugnauit pro eo contra dominum suum scz regem persarũ et vicit eum. Quo facto dominus suus eum dimisit. eo q non tenuit pactum et ipse rediit ad patrem: et veniã humiliter petiuit et obtinuit: et sic pax reformata et eius hereditas est restituta.

Moralisatio

Carissimi. Isti duo reges sunt deus et dyabolus. De primo Iheremie. Dominus ipse ẽ deus viuẽs et rex sempiternus. De secundo Job. xlv. Iste est rex super etc. Sed primus rex scz deus habet filium scz animam humanam que totiens recedit a deo et obligat se dyabolo quotiens cõmittit peccatum mortale: sz certe si filius ille voluerit recordari illius belli quod est christus fecit pro eo cõtra dyabolũ vsq ad sanguinis effusionem vt eum a potestate dyaboli eriperet: et sic cogitans voluerit se humiliare deo: et pro peccatis veniam petere poterit secure ad deum accedere et hereditatem vite eterne adquirere. Ps. Tu es qui restitues hereditatem mihi etc.

De vulneribus anime

Capitulum cxxxix.

Magnus Alexander regnauit qui dominium totius mũdi obtinuit. Accidit semel q grauem exercitum collegit: et quandam ciuitatem circumdedit qui in eodem loco plures milites Et alios sine omni vulnere amisit. Cum vero de hoc multum miraret philosophos vocauit et ait eis. O magistri quõ poterat hoc esse q subito sine vulnere milites mei moriunt. At illi dixerunt. Mirũ non est. Est enim quidam basiliscus sup murũ ciuitatis: cuius aspectu milites inficiunt et moriunt. Ait Alexander. Quale remedium est cõtra basiliscum. Cui dixerunt. Ponat speculũ eleuatum inter exercitũ et murũ vbi est basiliscus: et cum in speculum respexerit: reflexus eius et intuitus ad seipsum redijt: et sic morier: et sic factum est.

Moralisatio

Carissimi. In hunc modum summum remedium elationis est cõsideratio pprie fragilitatis et infirmitatis: qr si querit qre homo supbit: certe qr pondere virtutis carẽ. Considerare ergo debet ppriã vanitatem tanq in speculo et recurrere ad ppriam fragilitatem defectum suum prospiciens elationẽ repellẽdo.

De iusticia et equitate in vita presenti et futuro semper inueniendis

Capitulum cxl.

Eraclius regnauit qui inter omnes virtutes qs habuit iustus fuit nec precibus nec muneribus flecti poterat quin iusticiam pro loco et tempore exercerẽ. Accidit semel q aliqui apud eum accusabant quendam militem de morte alterius militis in ista forma. Ambo ad

quod filius ...

quoddam bellum prexerunt et nullū bellū erat ɔmissum. Ille miles redijt sine altero et ideo dicimus q iste in via alium occidit. Rex cum hoc audisset sniaʒ dedit vt miles ad supplicium duceret. Cum autē ductus fuisset viderunt alium militem venienteʒ p quo ille iudicatus fuit ad morteʒ in nullo lesum ambos ad iudiceʒ reduxerunt: Iratus iudex dixit primo militi: iubeo te īterfici qr causa mortis illius es: et tercio dixit: etiaʒ te qr missus fuisti militem occidere et non fecisti.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est deus qui ī omnibus opibus suis est iustus. Duo milites sunt corpus et aīa. Anima per carnem seducta morit: quando peccatuʒ mortale ɔmittit. Ideo iusto dei iudicio corpus ad supplicia pnie ducit: sʒ cuʒ subijcit penitentie aīa viua inuenit: primo p christi passioneʒ: secundo per pniaʒ. Sed ambo morte tpali mori debēt. Tercius miles qui eum non occidit est negligens prelatus qui ex diuino precepto hʒ peccatoreʒ corripere. vicia extirpare: virtutes inserere: Et si illa non facit mortem eternaʒ nō euadit. Ezech. iij. Si non annunciaueris ei neqʒ locutus fueris vt auertatur a via sua impia et viuat: et ipse impius moreret ī iniquitate sua sanguinem de manu tua requiram Rogemus igitur etc.

De sano consilio semper audiendo et cōtrario abijciendo. Capi. cxlj.

Fulgentius regnauit. in cuius imperio erat quidam miles nomie Zedechias qui vxorem pulcram accepit: sed non prudenteʒ. In cuius domo quidam serpens in quadam camera habitabat. Miles vero torneamenta et hastiludia frequentabat intantum q peruenit ad magnam egestateʒ: fleuit amare: et quasi desperatus hincinde ābulabat ignorans quid facere deberet. Serpens videns eius dolorem data est ei vox a deo sicut quandaʒ asine balaam et ait. Cur fles. Fac ꝯm ɔsilium meum: et post factum nō penitebis. Singulis diebus lac dulce mihi ministra et te ditabo. Miles hoc audiens gauisus est valde et hoc fideliter adimplere ɔmisit. Statiʒ infra breue tempus ditatus est valde: prolem pulcram et magnas diuitias habebat. Accidit vna dierum q vxor diceret marito. Domine credo q ille serpens multa bona possidet in camera in qua iacet ɔsulo vt occidatur et bona eius obtinebimu.s Ille vero ad instructionem mulieris malleum portauit: vt serpentem occideret cum vase lactis Cum vero serpens vas lactis videbat caput extra foramen camere extendit: vt Lac more consueto lamberet: Miles vero hoc videns malleum extendit et serpentem percutere volebat. Serpens hoc subito videbat: et caput retraxit et ictuʒ mallei vas suscepit Statimqʒ proleʒ post hoc et omnia que habuit miles amisit. Ait ei vxor. Heu malum consilium tibi dedi: sed perge ad foramē serpentis et te in omnibus humilia si forte graciam per euʒ obtineas. Perrexit miles ad cameram serpentis et fleuit amare petens graciam vt per eum sicut prius ditare possʒ Ait serpens. Modo video q stultus es et tu in stulticia permanebis: quia non potest esse quin ille ictus magnus mallei ad memoriam sepius mihi veniat et occurrit tibi quomodo prolem tuam occidi et omnes diuitias abstuli. Et sic nulla vᵃ pax inter nos stare potest. Miles contristatus est valde et ait. Tibi fideliter promitto amodo cōtra te nil velle perpetrare si graciam tuam habere possum modo. Cui serpens. Carissime. Natura serpentis est astutia et veneno plena sufficiant tibi verba mea qr iam mihi occurrit ad memoriam ictus mallei cum tua nequicia: recede ne tibi maius malū cōtingat. Miles vero cum magno dolore recessit ab eo. Et ait vxori sue Ue mihi q tuum consilium operatus sum. Et sic semper post hoc in egestate vixerunt.

Moralisatio

Karissimi. Iste rex est pater celestis. Miles zedechias pauper homo nudus d vtero matris egressus qui omnes diuitias paradisi per peccatuʒ primi parentis pdidit: cum pulcram vxorem euam accepit de cuius consilio gaudium paradisi perdidit. Serpens nutritus in camera est cristus in corde tuo per virtuteʒ baptismi ɔtentus: a quo homo omnia bona recepit: primo filium. i. animaʒ pulcram ad dei similitudinē creatam. Secundo hominem ɔstituit dominum mundi. Ps. Constituisti eum super

omnia opa manuum mar. Tercio paradisum. Sz cum pater noster adam fuit deceptus osilio eue p suggestionez dyaboli oia pdidit: z sic quilibet homo si sequit osilium vxoris.i.carnis: amittet oia. Aposto. Si fm carnez vixeritis moriemini: in baptismo pmisisti christo ministrare lac.s.oratióez innocentie z deuotionis. Sz grauiter christuz pcutis qñdo peccatum mortale ɔmittis. hec videns auferet a te filios z filias z diuitias vt te emendes sicut scriptum est. Quem diligo arguo z castigo: ergo de virga disciplinę plus debemus gaudere q̄ dolere.

¶ De dyaboli laqueis quibus nos circuuenire satagit. ¶ Capi.cxlij.

Erat quidā rex potens valde qui quandam forestaz ostruxit z eā muro circumuallauit. in q̄ diuersa genera animaliū posuit in quibus multum delectabaꝛ. Erat eodem tpe quidam qui pditor inuentus est: z sic ppter sua scelera omnibus suis priuatus est. Ille vero de terra sua expulsus est z puidit sibi de q̄tuor generibus canum z multis retibus vt bestias regis in foresta caperz z destrueret Nomina canuz hec erant richer: emuleyn: banegiff: bandyn: crismel: egofyn: beamis z reuelin. Per istos canes z retia destruxit hic omnia animalia regis. Audiēs hoc rex ɔtristatus est valde: vocauit filium suum z ait. Fili carissime arma te z descende cum exercitu vt illum pditorem occidas vel de regno expellas: at ille: pater presto sum: sed vt audiui a pluribus tam potens est ille q̄ me oportebit latere ad aliquod tempus cū vna puella cuius sapientia omnes alios excellit cum q̄ colloquiuz habebo: z sic ad pugnam me parabo. Ait pater. Uade ad castrum varioch z inuenies in eo puellā que fm audita est valde prudens: z si per eam nostrum aduersarium poteris debellare eā multis honoribus pmouebo. Filius hoc audiens armauit se z castrum puelle intrauit: nullo sciente que eum cum gaudio recepit z apud eam p aliquod tempus mansit: deinde extra castruz recessit: z statim die octauo aduersarium patris aggrediebaꝛ potentia. In fine eum diminuit: z caput eius amputauit. Post hoc cum victoria ad patrez rediens pater eum in regem constituit.

Applicatio

percutere omnes eam ceperunt laudare et
dicere. Non potest melius nec dulcius au=
diri: inter quos solus appollonius tacuit: ait
ei rex. Appolloni fedam rem facis: omnes
filiam meam in arte musica laudant quare
tu solus vituperas: at ille. Bone rex si per=
mittas dico q̄ sentio filia tua in artē musicā
incessit et nondū didicit: igitur iubeas mihi
tradi lirā et statim scias quod nesciuisti: rex
ait. Appolloni video te eruditum in oībus:
iussit sibi tradi lirā et egresso foras corona
capitis eum decorauit: accipiensq; liram in
trauit triclinium pulsabat ante regē tanta
dulcedine vt omnes non appollonium sed
appollinem crederent. discumbentes cum
rege dixerūt q̄ nunq̄ melius audissent nec
vidissent. Filia regis hoc audiens respiciēs
iuuenem capta est in amorem eius et ait ad
patrem suum. O pater permittas me dare
iuueni quod mihi placet: ait rex. Permit=
to. Illa respiciens appollonium ait. Ma
gister appolloni accipe ex indulgentia pris
mei auri ducēta talenta: argenti libras qua
dringentas: vestemq; copiosam: seruos. xx.
ancillas. x. quibus ait. Afferte qd promisi et
pñtibus amicis exposito triclinio iussu regie
allata sunt omnia. Quo facto leuauerūt se
oēs: et licenciati discesserūt: appollonius ait
Bone rex miserorū misericors et tu regina
amatrix studiorum et dilectrix philosophie
valete: et respiciēs famulos quos sibi regia
donauerat ait. Tollite famuli hec q̄ mihi
data sunt et eamus et hospicium queramus

Puella timens ne amatorē pderet tristis
est facta respiciens ad patrē ait. Bone rex
& pater optime placeat tibi vt appollonius
hodie ditatus abscedat: & quod illi donaui-
mus a malis ne rapiatꝛ. Tunc rex festinus
iussit sibi assignari aulam vbi honeste quie
sceret. Puella vero amore accensa inquie
tam habuit noctem: mane vero cubiculum
patris adiit: quā vt vidit pater dixit. Quid
est hoc ꝙ preter ↄsuetudinem ita mane cu-
bilasti: puella ait. Requiē hr̄e non potero:
et ideo carissime pater peto vt me tradas
iuueni ad doctrinandū ꝙ potero artem mu
sicam & alia addiscere. Rex hec audiēs ga
uisus est iussit ad se iuuenem vocari: cui ait
Appolloni filia mea multū cupit artē tuā
addiscere: ideo rogo te vt ei ostēdas omnia
que nosti: & ego mercedem condignam re-
tribuam: & ille. Domine paratus sum vo-
luntati vestre satisfacere: docuit puellā sicut
ipe didicit. post hec puella pre nimio amore
iuuenis infirmatur. Rex vt vidit filiam suā
incurrisse egritudinem subito medicos vo-
cauit. Illi vero venas & singulas ptes cor-
poris tangebant & nullam egritudinē inue
nerunt: post paucos dies tres iuuenes no-
bilissimi qui per longum tempus filiam in
matrimoniū petierant regē vna voce pariter
salutauerunt: quos intuens rex ait. Qua de
causa venistis: at illi. Quia sepius nobis p
misistis vni ex nobis dare filiam vestrā in
matrimoniū propter quod hodie simul ve-
nimus: ciues tui sumus diuites & ex nobili
bus parentibus geniti: & ideo de tribus tibi
elige quem vis habere generū: rex ait. Nō
apto tpe me interpellastis: filia mea studiis
vacat & ob amorē studiorū imbecillis iacet
sed ne videar vobis nimis differre scribite
in codicillis vestris nomina vestra & dotis
quantitatem que transmittā filie vt ipsa eli-
gat quem voluerit. Illi hoc fecerunt. Rex
accepit scripturam & legit signauitqꝫ dedit
appollonio dicens. Tolle magister has scri
ptās & trade discipule tue. Appollonius re
cepit scripturas & puelle portauit. Puella
vt vidit quē diligebat ait. Magister quid
ē ꝙ solus introisti in cubiculū: appollonius
ait. Sume codicillos quos tibi misit pater
tuus & lege. Puella codices apuit & legit
tria nomina petitorū: proiectisqꝫ codicillis
respiciens appolloniū dixit. Magister ap
polloni vtrum non doles ꝙ alteri debeo in
matrimonium tradi: & ille. Non quia omne
quod est tibi bonū erit et cōmodum meū:
ait puella. Magister si me amares doleres
rescripsit & signauit codicillos tradiditqꝫ ap
pollonio vt eos regi deferret & scripsit hec.
Rex & pater optime quoniam clementia p
misit mihi vt rescribam: rescribo. Illū nau-
fragum volo in maritū habere. Rex cum
legisset voluntatem puelle ignorans quem
naufragū diceret: respiciens ad iuuenes ait
Quis vestrum naufragiū passus est: vnus
ex illis nomine ardonius dixit: Ego passus
sum nafragium: alius ait. Morbus te con
sumat nec saluus nec sanus sis cū ego scio
te coetaneū meum portam ciuitatis nunꝙ
existi vbi naufragiū fecisti. Rex cum non
inuenisset quis eorum naufragium fecisset:
respexit appolloniū dicēs. Tolle codicillos
& lege: potest enim fieri ꝙ ego nō nouerim
tu intelligis qui presens fuisti. Appollonius
acceptis codicillis percurrit & vt sensit se a
mari erubuit: cui rex ait. Appolloni inueni
sti naufragū: at ille pre rubore pauca dixit.
Nam in hoc potest notari sapientia ipsius
appollonij: quoniam iuxta verbū sapientis
In multiloquio deest sapia: vnde. j. Pe. ij.
Christus vobis reliquit exemplū vt sequa
mini vestigia eius qui nūꝙ peccauit nec in
ore eius inuentus est dolus: cum fm Ps.
Sicut ipse dixit ita facta sunt: quare verus
israhelita appellandus est in quo nō est do
lus vt dicitur Johā. j. ideo imitemur ipsum
non maledicendo: nec reddendo maledictū
pro maledicto: sed cohibeamus linguā no
stram vt semper benedicat: & sic erit instru-
mentum. Scribe velociter scribentis id est
spiritussancti dona sua repente infundentis
iuxta illud. Factus ē repente de celo sonus
&c. vnde. iij. Petri. j. Qui vult videre dies
bonos coerceat linguā suā a malo & labia
eius ne loquantur dolum hoc est nō debet
in seipso murmurare: nec exterius malum
pferre: & sic poterit vitam quietā possidere
hic in pace tēporali: in futuro autē in pace
eternali. Nā prima pax cōmuniter seruatꝛ
per hoc ꝙ hoc non prorumpat linguā suā
in verba ↄtumeliosa proximorū suorū offen
siua: & est principiū pacis eterne: vnde Ps.

In pace in idipsum dormiam et requiescā. Nam sicut hois boni et pacifice loquentis lingua dirigitur per virtutem dei: sic lingua maledicentis per spūs malignos tali famulātes: iuxta illud. In orto nostro sedet alba spina super quā quiescunt aues. Per ortū enim istum debemus intelligere os nostrū duplici sepe circūseptum scʒ dentibus et labiis non propter aliud nisi vt ponemus ori custodiam ne nihil nisi quod in laudem dei vadat loquatur. Spina autē in orto crescens est ipsa lingua sic dicta similitudinarie: quoniam sicut spina materialis pungit sic patet Math. xxvij. Plectētes coronā de spinis imposuerūt capiti eius vt sanguis eius propter nimiam compunctionem ipsaꝝ spinaꝝ per suum benedictum corpus effluxit. Sic etiam ipsa spina que dicit̄ lingua cōpungit hoiem nunc auferendo bonam famam suā nunc de ipso mentiendo: nūc malum quod alijs incognitum est manifestando: de quo singulariter cauendum est. Aues autēʒ sup ipsam spinam quiescentes sunt ipsi dyaboli qui hoiem ad tale vicium singulariter inclinant vt coꝝ efficiatur minister: ideo de tali dicet in extremo iudicio. dimitte nobis hūc hoiem iuste iudex qui tuus esse noluit per virtutem: noster effectus est per maliciam. Cohibeat igitur vnusquisqʒ linguam suam quod Catho appellat primam virtuteʒ: sed ad hystoriaʒ redeundo rex cum intellexit ꝙ filia eū voluit: alijs ait. Dum tēpus fuerit veniam ad vos. Illi valedicentes recesserit solus intrauit ad filiam suā et ait. Queʒ tibi elegisti coniugeʒ. Illa prostrauit se cū lacrimis et ait. Pater carissime naufragū appollonium peto. Rex cū lacrimas filie sue vidisset leuauit eam a terra et sic alloquitur dicēs. Nata dulcis noli de aliq̄ re cogitare quia talem concupisti quem et ego. Ut enī vidi qꝛ amando factus sum pater diem tibi nuptiarum sine mora constituaʒ. Postera ergo die vocātur amici vicinaꝝ vrbium ad regem: quibus ait. Carissimi filia mea vult nubere appollonio magistro suo: peto ergo vt vobis omnibus sit leticia: quia filia mea prudenti viro sociat̄. Hec igitur dicens constituit diem nuptiarum que cito concepit: et dum pueꝝ in vtero hr̄et accidit ꝙ cum ambularet cuʒ rege appollonio viro suo iuxta litus maris vidit nauem speciosā cognouit eaʒ appollonius ꝙ esset de patria sua: conuersus ad nauclerū ait. Unde venis: at ille. A tyro. Appollonius ait patriam meā nominasti; alter respondit. Ergo tyrus es tu: et ille. Ut dicis: nauclerus ait. Nosti aliquem patrie illius principeʒ nomine appollonius nauclerus dixit. Peto vbicūqʒ illū videris dicas ei vt gaudeat et exultet: qꝛ rex anthiochus fulmine pcussus est cū filia sua. Opes aūt regni anthiochie reseruant̄ appollonio Appollonius vt hoc audiuit plenus gaudio ad coniugem suam ait. Peto itaqʒ vt me abire permittas ad percipiendum regnum Illa vt audiuit profusis lacrimis ait. O domine si in longinquo itinere esses ꝯstitutus ad partū meū festinare debueras: et modo recedere velis cum iuxta me sis: sed si hoc velis pariter nauigemus: et veniens ad patrē ait. O pater letare et gaude: qꝛ seuissimus rex anthiochus cum filia sua dei iudicio in fulmine percussus est: opes autem et dyademata nobis sunt reseruata: pmitte me nauigare cum viro meo. Rex autē exhilaratus nauis iubet produci in litus et oibus bonis impleri: ꝓpterea nutricē eius noie ligozidē et obstetriceʒ propter partū eius simul nauigare precepit: et data proficiscendi copia deduxit ad litus: osculaturqʒ filiam et generū nauigando. Sed cū p aliquot dies in mari fuissent surrexit tēpestas magna: puella intantum infirmatur procreans filiaʒ ꝙ facta est q̄si mortua: quod cū videret familia exclamabat voce magna et vlulatu. Hec audiens appollonius cucurrit et vidit ꝯiugeʒ suam quasi mortuā iacentem vt ei videbat̄ scidit a pectore suo vestes profusis fletibus iactauit se sup corpus eius et ait: Cara coniunx altistratis filia quid respondebo patri tuo ꝓ te: et cū hoc dixisset dixit gubernator Corpus mortuum nauis sufferre nō valet iube ergo corpus in pelagū mitti vt possimus euadere: appollonius ait ad eū. Quid dicis pessime placet tibi vt hoc corpus i pelagus mittam quod me naufragū et egenū suscepit: vocauit seruos suos et ait. Faciatis loculuʒ et foramina et cum bitumine linire: et sit carta plumbea intus posita et obturet̄ pfecto loculo regalibus ornamētis exornāt puellam in loculo ponūt: et copiam auri ad

caput eius: et dedit osculum funeri fundens super eam lacrimas: tunc iussit infantem tolli et diligenter nutriri vt pro filia neptem regi ostenderet: et iussit loculum mitti in mare cum maximo fletu. Tercia die vnda maris eiecit loculum ad litus ephesorum a lōge a domo cuiusdam medici cerimonijs noīe: qui cum discipulis eadem die in litore ambulauit: tunc vidit loculum effusis fluctibus iacentem: ait seruis suis: tollite hunc loculū cum omni diligentia et ad villam perferte: Quod cum fecissent medicus apparuit: vidit puellam regalibus ornamentis decoratam et speciosam valde. Cuius pulcritudinem omnes videntes de ea multū ammirabantur quoniam verus erat pulcritudinis radius in qua natura nihil viciosum constituit nisi quod eam immortalem non formauerat. Crines namque eius erant niuei candoris sub quibus residebāt frontis lactee planicies cuius nulla erat detestabilis rugositas: oculi enim eius erant quasi duorum siderum describentes orbis volubilitate non proij aspectibus erant modesti frenati stabilem animi constantiam prominentes palpebrarum etiam pili non inhoneste natura in ea collocauerat. Nasus eciā eius rectitudinis sue lineam plenitudinis etiam decore possidebat. Nec vergebat in supremum nimia longitudine nec nimia breuitate correpta sed decenti honestatis q̄ntitate incidebat. Cuius collum radijs solaribus candidius speciosis ornatum clinodijs hominum aspectibus mirabilem intulerat animi iocunditatem. Corpus etiam non diminutum vel q̄ntitatis molle superabundans neque quis in ea censere proposuit: ex cuius pectore brachia pulcritudinis tanquam ex arboris trūco rami procedebāt quorum digiti q̄ntitatis debitam sibi assumpserant mensuram vnguium fulgore non pretermisso. Cuius summarie speciositas nihil deformitatis sibi admisceri compatiebatur in quo potest notari etiā singularis anime sue perfectio per potentiam diuinam creando sibi infuse cuius actus et potentia debent ad inuicem proporcionari. Et actus actiuorum non sunt nisi in paciente predisposito: quare omnis pulcritudo corporis exterioris ab interiori anime pulcritudine procedit: quare dicitur quod varia virtus forme molem sibi adaptat materie. Optima namque aptatio est inter corpus et animam ipsius puelle quam vt vidit quasi mortuam iacentem obstupuit et ait. O bona puella quare es tu sic derelicta: vidit subtus caput eius pecuniam positam: et sub pecunia cartam scriptam et ait. perquiramus quid contineatur in carta quam cum aperuisset inuenit titulum scriptū: quicumque hunc loculum inuenit peto vt decem aureos habeat et decem funeri impendat: hoc enim corpus multas lacrimas reliquit parentibus et dolores amaros qui si aliud fecerit quam quod dolor exposcit: vltimum diem incidat nec sit qui corpus eius sepulture commendat. Perlectis autem cartulis ad seruos suos ait. Prestemus corpori quod dolor exposcit. Iuro vobis per spem vite mee in hoc funere amplius me erogaturum quam dolor imperat. Continuo iubet parari rogum: sed cum edificatur atque deponitur superuenit discipulus medici adolescens: et quantum ad ingeniū pertinet senex erat. Hic cum corpus speciosū super rogum positum videret intuens eum magister ait. Beneuenisti: hec enim hora expectaui te tolle ampullam vnguenti: et quod supremum est de funere superfunde sepulture: venit iuuenis ad corpus extraxit de pectore vestes: fudit vnguentum tractum manu totum corpus ad precordia viuere sensit obstupuit iuuenis: palpat venas et indicia rimatur narium: labia labijs probat: sensit vitā cum morte luctantem: et ait ad seruos Supponite faculas per quatuor angulos lente et spare. Quo facto sanguis ille qui coagulatus erat est liquefactus. quod vt vidit iuuenis ait magistro. Puella vero quā tu mortuam dicis viuit: et vt facilius mihi posses credere experimento satisfaciam. His dictis tulit puellam et in cubiculum suum posuit super pectus eius calefaciens oleum. Madefecit lanam et posuit super corpus suum sic quod sanguis eius qui intus erat coagulatus esset tepore liquefactus est: cepitque spiritus per medullas descendere: venis itaque patefactis aperiens oculos et recipiens spiritum ait: qualis ergo es tu: non tangas aliter quam oportet tangere quia filia regis sum et regis vxor. Iuuenis hec audiēs gaudio plenus introiuit ad cubiculum suum et ait. Ecce magister puella viuit: qui ait: probo periciam: artem laudo prudentiam miror. Diligentiam audi disci

pline. Noli amis me esse ingratus. Accipe
mercedem. Hec enim puella multam pecu
niam secum attulit: et iussit eam salubribus
vestibus cibis etiam et fomentis optimis re
creari. Post paucos vero dies vt cogno-
uit eam ex regio genere ortum esse adhibi
tis amicis filiam sibi adoptauit: et rogabat
ab ea cum lacrimis ne ab aliquo tange
retur inter sacerdotes: Diane templo eam
cum feminis misit. vt inuiolabiliter seruare
tur. Inter hec vero dux apolonius nauigat
cum ingenti luctu gubernante deo applicu
it tharso: et descendens a rati petijt domum
stranguilionis et dionisiadis: quos cum apo
lonius salutasset omnes casus suos exposu
it dicens. Cum dolore vero magno mortua
est coniunx mea: tamen filia est seruata de
q gaudeo. Ideo sic in vobis confido amissum
regnum quod mihi seruat accipe volo. Ne
qz ad socerum reuertar cuius in mari perdidi
filiam Sz agam potius opa mercatoris vo
bis commendo filiam meam vt cum filia vestra
philomacia noie nutriat: et vt filia mea vo
cet tharsia. Preterea vxoris mee nutricem
Ligozidem noie curam me puelle custodi
re volo. Hec dicens tradidit stranguilioni
infantem: deditqz aurum et argentum et vestes
copiosas et iurauit: neqz barbam neqz capil
los nec vngulas tonsurum nisi filiam suam pri
us dedisset in matrimonium. At illi stupen
tes q tam grauiter iurauerat cum magna
diligentia educaturos se puellam repromit-
tunt. Apolonius aut nauim ascendit Et ad
longinquas regiones ipse nauigabat. Inte
rea vero puella tharsia expleto quinquen-
nio studijs liberalibus tradit vna cum phi
lomacia filia eorum coetanea sua. Cumqz ad
quatuordecim annos venisset reuersa de
auditorio inuenit nutricem suam ligozidem
subitaneam inualitudinem incurrisse et sedens
iuxta eam causas infirmitatis explorat. Cui
nutrix. Audi bona filia verba mea et in cor
de tuo reserua. Quem putas tuum patrem
aut matrem vel patriam: puella ait: patriam
tharsum: patrem stranguilionem: matrem dyo
nisiadem. Nutrix ingemuit et ait. Audi filia
originem natalium tuorum: vt scias quo post
mortem meam agere debeas. Est tibi pat
nomine Apolonius et mater lucina altistra
tis regis filia. Que cū te pareret statim pre

clusa spiritu mortua est quam pater tuus
apolonius effecto loculo cum ornamentis
regalibus in mare misit: et .xx. sistercias au
ri posuit sub caput: et vbicunqz esset deuolu
ta ille in auxilium eius fuissent: nauis quo-
qz luctantibus ventis cum patre tuo lugen
te et te in cunabilis posita peruenit ad hanc ci
uitatem. His ergo hospitibus stranguilioni
et dyonisiade vna mecum te commendauit: ty
rus apolonius votumqz fecit nec barbā ne
qz capillos nec vngues tonsurus nisi prius
te nuptui traderet. Nunc moneo si post mor
tem meam hospites quos parentes appel-
las iniuriam aliquam tibi forte fecerint ascē
de in forum: et ibi inuenies statuam patris tui
stantem apprehende illum et clama filius ei
us sum cuius est hec statua. Ciues vero me
mores beneficiorum patris tui iniuriam tuam
vindicabunt. Cui tharsia. Cara nutrix deū
testor. si ista mihi non dixisses vnde essem
penitus nescirem: et cum ad inuicem loque
rentur nutrix emisit spiritum. Tharsia vero
corpus nutricis sue sepeliuit: et per totū an-
num mortem eius lugebat. Postea induit
priorem dignitatem petijt scolas ad studia
liberalia: et dum de scolis reuerteret nō pri
us cibum sumpsisset anteq nutricis monu
mentum introisset ferens ampullam vini in
grediebat: et ibi manens parentes suos vo
cabat. Et dum hec agerent quadam die dyo-
nisiades cum filia sua philomacia transibat
per forum. Videntes omnes ciues speciē thar
sie et ornamentum dixerunt. Felix pater cu
ius filia est tharsia. Illa vero que adheret
ei turpis est et dedecus Dyonisiades vt au
diuit tharsiam laudari et filiam suam vitupa
ri conuersa in insaniam furoris sola sedens se
cum cogitauit. Pater ex quo hinc profectus
est hz annos quatuordecim: non venit ad re
cipiendum filiam suam: nec litteras pro ea
misit: puto q est mortuus. nutrix eius mor
tua est: neminem habeo emulum: occidam
eam et ornamentis eius filiam meam orna
bo: et cum hec cogitasset venit quidam de vil
la Theophilus noie quem vocās ait. Si cu
pis premium accipere tharsiam interficee
Ait villicus. Quid peccauit innocens vir-
go: et illa Pessima est et ideo mihi negare
non debes: fac quod iubeo et si non feceris
male tibi eueniet: et ille. Dic mihi domina

qualiter hoc potest fieri: que ait. Consuetudo eius est mox vt venerit de scolis non prius sumere cibum q̄ nutricis sue introierit monumentum vbi te cum pugione paratū inueniat: apprehende crines eius a vertice: & eam interfice: & corpus eius mitte in mare: & libertatem tuam a me cū magno premio accipies. Uillicus tulit pugionem gemens & flens ibat ad monumentū & dixit. Heu non merui libertatem nisi per sanguinis effusionem innocentis virginis. Puella autem rediens de scolis monumentum cum ampulla vini intrauit sicut solebat facere. Uillicus impetum fecit & apprehendens crines puelle iactauit eam in terram. Dum autē volebat eum percutere ait ad eum Tharsia. O Theophile quid peccaui contra te vel contra aliquem vt moriar: ait villicus Tu nihil peccasti s; pater tuus qui te cum magna pecunia & ornamentis regalibus reliquit. Cui puella. Peto domine vt si nulla spes mihi est permittas me deū testari. Uillicus ait. Testare. Et deus ipse scit q̄ coactus te interficio. Illa vero cum esset posita in oratione: venerunt pirate videntes puellam sub iugo mortis stare & hominem armatum volentem percutere eam clamauerunt. Parce crudelissime barbare illa est nostra preda non tua victoria. At ille vt talia audiuit fugiens post monumentum latuit in littore. Pirate vero rapuerūt virginem mare petunt. Uillicus rediit ad dominā: & ait. Quod iussisti factum est tu vero vt ɔsulo induas te lugibilem vestem: & ego tecum & effundamus lachrymas falsas in conspectu ciuium: & dicemus eam ex graui infirmitate defunctam. Stranguilio vt audiuit tremor & stupor eū inuasit & dixit. Da ergo & mihi vestem lugibilem vt lugeā: quia tali scelere sum inuolutus: heu quid faciam. Pater puelle istam ciuitatē a periculo mortis liberauit: propter istā ciuitatē naufragium pertulit bona perdidit: & penuriam perpessus: & restitutum est ei malum pro bono. Filiam suam quam misit nutriendā crudelis leena deuorauit: heu ceccatus sum lugeam innocentem. Uictus sum ad pessimum venenosumq; serpentē: eleuans oculos ad celum ait. Deus tu scis quia mundus sum a sanguine Tharsie et requiras a dyonisiada. Respexit vxorē suā & ait. Quomodo suffocasti filiam regis inimica dei hominumq; opprobrium. Illa vero induit se & filiam suam lugabres vestes falsasq; lachrymas fuderunt corā ciuibus dicentes. Ciues charissimi ideo ad vos clamamus quia spes oculorum nostrorū tharsia quā vidistis subito dolore defuncta est & nobis cruciatus & amaros fletos reliquit quam digne sepeliri fecimus. Tunc p̄gunt ciues vbi figuratum erat ex promeritus patris fabricatū ex ere corpus vbi ciues tharsie virgini pro beneficiis patris eius sepulcrum ex ere colatum fecerunt. Igitur qui puellam rapuerant venerunt ad ciuitatem machilentā. Deponitur ergo illa inter cetera mancipia venalis. Audiens eam leno infaustissimus ac impurus cōtendere cepit vt eam emerat Sed Athanagora princeps eiusdem ciuitatis videns eam nobilem pulcram & sapientem obtulit decem sistercias auri. Leno ait. Ego dabo viginti. Anthanagora ait. Ego dabo triginta Leno Ego quadraginta. Athanagora. Ego quinq̄ginta. Leno octuaginta. Athanagora nonaginta. Leno centum sistercias in presenti dabo & ait. Si quis amplius decem sistercias auri dabo supra athanagora ait ego si cū lenone contendere voluero vt vnā emam plures venditurus sum. permittā eum emere & cum prostituerit eā lupanar: intrabo prius ad illam & eripiam nodum virginitatis eius & erit mihi sicut emerim eā. Quid plura Perrexit cum lenone in salutatorium vbi habuit priapum aureum & gemmis adornatum & ait. Puella adora istum. Ait illa Nunq̄ tale adorem. Et ait. Domine nunquid lapsacenus es tu. Leno ait. Quare: et illa. q̄ lapsaceni colunt priapum. Leno ait. Nescis tu misera q̄ in domū lenonis auari incurristi. Puella ꝓsternēs se ad pedes ait. O domine miserere virginitati mee ne ꝓstituas hoc corpus ꝑ tali turpi titulo cui lena. Nescis q̄ apud lenonē & tortorē nec preces nec lacrime valent. Tamen vocauit villicum puellarū & ait. Hec puella ornetur vestibus puellaribus preciosis & scribat ei titulus: Quicunq; tharsiam violauerit mediā librā dabit: postea ad singulos solidos parebit populo. Uillicus fecerat qd iussū

fuerat. Cũ lenone antecedente turba tercia
die cum symphonia ducit̃ ad lupanar. Sed
athanagora princeps primus ingredit̃ vela
to capite tharsia videns ante cum ꝓiecit se
ad pedes ⁊ ait. Miserere mei domine ꝓ-
pter deum ⁊ per deum te adiuro ne me vio
les resiste libidini tue ⁊ audi casus infelicita
tis mee ⁊ originem vnde sim diligenter cō
sidera. Cui cum vniuersos casus suos ex-
posuisset princeps confusus ⁊ pietate ple-
nus ait ei. Habeo ⁊ ego filiam tibi similem
de q̄ similes casus metuo Hec dicens dedit
ei .xx. aureos dicens. Ecce habes amplius
pro virginitate ꝙ impositum est: dic adueni
entibus sic mihi dixisti ⁊ liberaberis. Pu
ella ꝓfusis lacrimis ait. ego pietati tue gra
tias ago: ⁊ ne alicui narres que a me audi
sti: Athanagora ait: nisi narrauero filie mee
cum ad talem etatem peruenerit similez ca
sum ne patiat̃: ⁊ cum lacrimis discessit: cui
exeunti obuiauit alius ⁊ ait quō tibi ꝯuenit
puella. Ait princeps Nō pōt melius. Erat
enim tristis. Intrauit iuuenis: puella more
solido ostium claudit. Cui iuuenis. q̄ntum
dedit tibi princeps. Ait puella .xl. aureos: et
ille: Accipe integram libram auri: princeps
audiēs ait Quanto plus dabis tanto plus
plorabit. Puella nummos accepit ꝓiciens
se ad pedes ⁊ casus indicauit. Aporiatus iu
uenis ait. Surge domina hoies sumus casi
bus omnes subiacemus. His dictis exijt: vi
dit itaqꝫ athanago eam ridentem ait illi: ma
gnus homo es ⁊ nō habes cui lacrimas ꝓ
pines. nisi mihi. ⁊ iurabāt ne hec verba cui
ꝙ proderent ⁊ ceperunt aduentum alioꝝ
expectare Venerunt multi dantes pecuniā
sꝫ flētes exibant: Postea obtulit lenoni pe
cuniam dicens. Ecce precium virginitatis:
Ait leno. Vide quotidie vt tātas pecunias
mihi offeras. Altera die adhuc eam virgi-
nem audiens iratus vocans villicum puel-
laꝝ dixit: duc eam ad te ⁊ tange nodum vir
ginitatis eius: Cui villicus ait. Dic mihi si
virgo es: at illa Quamdiu deus vult virgo
sum: at ille: vnde tantam tulisti pecuniā: pu-
ella ait. Lacrimis ꝓfusis exponens casus
meos rogaui homines vt miaꝫ virginitatis
mee haberent Et ꝓsternens se ad pedes ei
us ait. Miserere mihi domine subueni ca
ptiue regie filie ne violes me: ait ille. Leno

est auarus nescio si possis ergo ꝑmanere:
Ait illa: studijs liberalibus sum erudita ⁊ i
genere masculi possum modulari: duc me
in foꝝ vbi poteris facundiam meam audi-
re: propone questiones populo ⁊ ꝓpositas
soluam. In hac arte applicabo pecunias
quotidie: at ille: mihi bene placet. omnis po
pulus cucurrit ad virginem videndam. At
illa: aggreditur facundiam studioꝝ questio
nes sibi preponi iussit: omnes clare soluit: ⁊
sic per talem modum multam pecuniam a
populo recepit. Athanagora illam integra
virginitate custodiuit ⁊ vnicam filiam Ita
vt eam donis multis villico ꝯmendaret: cū
hec agerent̃ venit apolonius .xiiij. anno iā
transacto ad domum stranguilionis ⁊ dio-
nisiadis ad ciuitatem tharsim. Quem cum
vidissꝫ strāguilio ꝓrexit valide cursu dixitqꝫ
vxori sue dionisiade. dixisti apoloniū nau-
fragum esse mortuum: ecce venit ad repe-
tendam filiam. Ecce quid dicturi sumus ꝓ
filia: et illa. Miser vir ⁊ ego ꝯiunx accipi
amus vestes lugubres ꝓfundamus lachri-
mas ⁊ credet nobis ꝙ filia eius morte na-
turali defuncta est. Cum hec ita agerentur
intrauit apolonius. vt ho vidit eos veste lu
gubri indutos ait: q̄re in aduentu meo fun-
ditis lacrimas: credo enim ꝙ iste lachrime
non sunt vestre sꝫ sunt mee: ait mulier. Ne-
quaq̄ꝫ. Utinam ad aures tuas alius ⁊ non
ego aut coniunx mea diceret qḋ iam dico:
tharsia tua filia subito defuncta est. Apolo
nius hoc audiens totum corpus eius ꝯtre
muit: diuqꝫ defixus stetit: tandem resumpto
spū intuens mulierem ait. O mulier si filia
mea defuncta est vt dicis nunquid ⁊ pecu-
nia ac vestes simulqꝫ perierunt: at illa: Aliq̄
sunt aliqua perierunt: et dixerunt: crede no-
bis q̄ꝛ credimus ꝙ filiam venientem inue-
nires: ⁊ vt scias nos non esse mendaces ha-
bemus testimonium. Ciues enim nr̄i me-
mores beneficioꝝ tuoꝝ in ꝓximo litore ex
ere collato filie tue monumentum fecerunt
quod potes videre. Apolonius credens eā
defunctam esse ad famulos ait. Tollite hec
famuli ⁊ ferte ad nauem ego vadaꝫ ad filie
mee monumentum: legit titulum sic supius
est scriptuꝫ stetit q̄si extra se maledicens ꝓ
prios oculos Et ait. O crudeles oculi filie
mee cernere: nō potuistis lacrimas fundere

His dictis ad nauem prexit et ait famulis suis. Proijcite me queso in profunditatem maris. cupio enim in vndis exalare spiritum. et dum prosperis nauigant tyrum reuersus subito mutatum est pelagus: et per diuersa maris discrimina iactabantur. Omnibus autem deum rogantibus ad machilenam ciuitatem in qua erat filia sua tharsia venerunt: gubernator autem cum omnibus magnum plausum dedit. Ait Apollo. Quis sonus hilaritatis aures meas percussit Ait gubernator. Gaude domine quia hodie natalicia celebrantur. Apol. ingemuit et ait: et omnes diem festum celebrent preter me: sufficiat famulis meis pena mea ac dolor: dono eis .x. aureos et emant que voluerint et diem festum celebrent. Et quicunque vocauerit me vel gaudium mihi fecerit crura illorum frangi iubeo. Dispensator itaque necessaria tulit et redijt ad nauem. Cum igitur omnibus nauibus nauis apol. honoratior esset cum magno conuiuio ceteris melius celebrant naute appollonij. Athana. qui tharsiam diligebat iuxta nauem in litore ambulabat: vidit nauem appollonij et ait. ecce amici nauis ista mihi placet: quia video decenter esse paratam: naute vt audiunt suam nauem laudari dixerunt ei. O domine rogamus in nauem nostram ascendatis: et ille. Mihi placet: ascendit et libenti animo discubuit: posuitque .x. aureos in mensa et ait Ecce non frustra me inuitaueritis: et dixerunt. Domine regraciamur vobis: cum autem princeps vidisset omnes discumbentes ait. Quis est dominus nauis: ait gubernator: dominus nauis in luctu moratur iacet inferius et oportet mori in mari: coniugem perdidit: et filiam in terra aliena: athanagora ait vni seruo ardalio nomine: dabo tibi duos aureos tantum descende et dic ei: rogat te princeps ciuitatis huius procede de tenebris ad lucem Ait iuuenis: non possum aureis tuis crura reparare: quere alium quia iussit quicunque eum appellauerit crura eius frangantur: athanagora ait. Hanc legem vobis constituit non mihi: ego autem descendam: ad eum dicito mihi quomodo vocatur: at illi: appollonius audito hoc nomine ait intra se: et tharsia appellauit patrem suum appollonium: descendit ad eum: quem vt vidit barba prolixa caput squalidum submissa voce dixit: aue Appolloni. Appollonius vt audiuit putans se ab aliquo seruorum appellari turbulento vultu respiciens vidit ignotum hominem honestum et decorum siluit. Ait ei princeps. Scio te mirari quod ego ignotus te appellaui: disce quia princeps sum huius ciuitatis athanagora nomine descendi ad litus naues contuendas inter cetera vidi nauem tuam decenter ornatam: et amaui aspectum eius: inuitatus eram a nautis tuis: ideo ascendi et libenti animo discubui: inquisiui dominum nauis quem dixerunt in luctu grandi esse propter quod ad te descendi vt te de tenebris producerem ad lucem spero quia dabit tibi deus post luctum gaudium. Appollonius leuabit caput suum et dixit: quis es domine vade in pace: ego autem non sum dignus epulari: et ideo amplius viuere nolo. Athanagora confusus ascendit in superiori nauis et dixit: non valeo persuadere domino vestro vt ad lucem exeat quid faciam vt reuocem a proposito mortis: Vocauit vnum de pueris suis et ait. Vade ad lenonem et roga eum vt mittat ad me tharsiam: hec enim sapientiam et sermonem suauem: poterit eum forsitan exhortari ne talis taliter moriatur. Venit igitur puella ad nauim: ad quam ait athanagora: veni ad me tharsia: vbi nunc est ars studiorum tuorum vt consoleris dominum nauis in tenebris sedentem: et vt prouoces eum exire ad lucem: quia nimis dolet pro coniuge et filia sua Accede ad eum vt ad lucem veniat: quia forte deus per te luctum suum in gaudium conuertet: si enim hoc poteris facere dabo .xxx. sistercias auri et tot argenti et per .xxx. dies redimam te a lenone: puella hoc audiens constanter ad eum descendit et humili voce salutauit eum dicens. Salue quicunque es et letare scias quia innocens virgo que virginitatem suam inter naufragia sua et castitatem inuiolatam obseruauit te salutat. Tunc in carminibus cepit modulata voce cantare et in tanta dulcedine quod admirabatur appollonius et dixit cantando ea que hic sequuntur. Per scortes gradior sed scortum conscia non sum. Sic spinis rosa nescit violari et vllis. Corruit et raptor gladium ferientis ab ictu. Tradita lenoni non sum violata pudore. Vulnera cessassent animi: lacrimeque decessent. Nulla ergo melior si noscam certe parentes. Vnica regalis generis sum stirpe creata. Ipsa iubente deo letari credo aliquando. Fuge modo lacrimas curam dissolue modestam. Redde

polo facie3 menteq3 ad sydera tolle:iā deus
est hoim plasmator rector z auctor: Non si
net has lacrimas casso finire labore.ad hec
apol.leuauit oculos z vt puellā ingemuit
z ait. Heu mihi misero q̄diu luctabor grās
ago prudentie tue z nobilitati:hanc vicē re
pendo vt memor tui sim q̄ndo letari lic3 re-
gni mei viribus lauabor.forsitan vt dicis re
gio genere orta es natalibus priuum mor
representaberis:nunc accipe.c.aureos z re
cede noli me appellare: recenti enim luctu
renouata calamitate tabesco:puella acceptis
aureis abire cepit z ait ad ea3 athana.quo
vadis tharsia sine fructu laborasti non po-
tuisti facere mia3 ac subuenire hoi interfici
enti se:z ait tharsia:oia quecunq3 potui feci
z dans mihi.c.aureos abire rogauit:atha.
ait:dabo tibi ducentos z descende z redde
ei quos dedit z dic salute3 tuā quero z non
pecuniā:descendens tharsia ait z sedit iuxta
eum:si in isto squalore estimasti manere p-
mitte me tecu3 s̄mocinari .Si ergo pabo
la3 mea3 solueris questione3:vada3 sin ali
as refunda3 tibi pecunia3 z recedā .Tunc
apol.ne reciperet pecuniā s3 etiā puelle pru-
dentis ne negaret s̄mones ait: lic3 in malis
meis nulla cura mihi suppetat nisi flendi z
lugendi tamē ne ornamento prudentie tue
carea3 dic que mihi interrogatura es z ab
scede: peto enim vt fletibus meis spaciū tri
buas:ait tharsia.audito me:est domus i ter
ris que nobis clausa resultat. Ipsa domus
resonat tacitus s3 non sonat hospes. Ambo
cum currunt hospes simul z domus vna:
z ait:si rex es vt dicis conuenit te esse mihi
prudentiore3 solue questionē:ait apol. Nec
scias me esse mentitū domus que in terra
resonat vnda est:hospes tacitus piscis ē qui
cum domo sua currit:at illa. Longa feror
velox formose filia silue. Innumera pariter
comitum stipante caterua. Curro vias mul
tas vestigia nulla relinquo. Apol.ait.Si li-
citum ess3 ostendā tibi multa que nescis cū
respondebo questionibus tuis.miror te ta3
tenera etate mirifica prudentia eē imbuta3.
Nāq3 arbor stipata cateruis vias multas
currens z vestigia nulla relinquens nauis
est.z addidit puella. Per rotas z edes in
notius ille pertransit.est calor in medio ma-
gnus quē nemo remouit. Non est nuda do
mus nudus s3 ouenit hospes. Si luctū po-
neres innocens intrares in ignes apol.ait:
Intrare3 balneum vbi hincinde flāme per
tabulas surgunt. Nuda domus in q̄ nihil ē
nudus hospes ouenit z nudus sudabit Cū
q3 hoc z similia dicerent puella misit se sup
apol.z distractis manibus cum amplexa-
baf dicens ei. Exaudi vocē depreccantis:re
spice v̄gine3 q: vir3 talis prudentie mori ne
fariū est. Si coniuge3 qua3 desideras deus ex
sua grā tibi restituat:si filia3 salua3 qua3 de
functā dicis inuenire poteris:pre gaudio te
oportet viuere. Apol.cum hec v̄ba audisset
in iracundia3 v̄sus est:surrexit z puellā cu3
pede pcussit:impulsa v̄o cecidit v̄go z ge-
nis eius nupis cepit sanguis effluere:con-
turbata v̄go cepit flere z dixit. O deus con
ditor celo3 vide afflictione3 mea3 nata sum
inter fluctus z pcellas maris:mr̄ mea do-
loribus ostricta defuncta est z sepultura est
ei negata:in terris ornata a prē meo z in-
loculo posita cum.xx.sistercias auri mari ē
tradita.ego v̄o infelix strangullioni z dyo
nisiade impijssimis hoibus a prē meo sum
tradita cum ornamentis z regalibus vesti-
bus z iussa sum a seruis eo3 occidi:tande3
petiui vt deum inuocare3 anteq̄ me occide
ret mihi ocessit. Piratis superuenientibus
rapta sum:z qui me occidere volebat fugā
petijt:z in hunc locum deducta z deus q̄n
do ei plac3 me reddat prī meo apol. Apol.
audiens hec oia certissima signa exclama-
uit voce magna z ait. O domine misericors
qui ospicis celum z abyssum z oia secreta
patefacias benedictu3 sit nomen tuū: Cum
hec dixisset cecidit sup amplexus tharsie fi
lie sue z osculatus est eā cum leticia z pre
gaudio fleuit amare z ait O dulcissima na
ta mea z vnica dimidiū aie mee non mori-
ar pp̄ter te:inueni ppi quam volui mori:al
ta voce clamabat dicēs. Currite famuli cur
rite amici currite omnes z miserie mee finē
imponite inueni qua3 pdidera3.s.vnicam fi
lia3 mea3. Audito clamore famuli currerūt:
currit inter illos athanagora princeps z de
scendentibus illis in nauim inuenerunt illū
flente3 pre gaudio sup collum filie sue z di
centem. Ecce filia mea qua3 lugeo dimidi-
u3 aie mee ia3 volo viuere omnes pre gau
dio cum eo flebant. Tunc erigens se apol.

piectis vestibus lugubribus indutus ē ve
stibus mundissimis ꝛ omnes dixerunt. O
dn̄e quã similis est filia tua vobis: si nō esset
aliud experimentum sufficeret eius similitu-
do ad ꝓbandã esse filiam tuã. Tunc filia
bis ter quater osculata est pr̄em ꝛ ait. O pa
ter benedictus deus qui mihi grãm dedit ꝙ
te videre potero tecum viuere tecum mori:
ꝛ narrauit ei quō a lenone ꝯparata ꝛ in lu
panari est posita ꝛ quō deus v̄ginitatē suã
custodiuit. Audiens hoc athanagora timēs
scʒ ne filiam alteri in vxorē daret misit se ad
pedes apol. dicens. Adiuro te ꝑ deū viuū
qui te pr̄em filie restituit ne alteri filiam des
in ꝯiugē nisi mihi: sum enim princeps hui
us ciuitatis meo auxilio v̄go ꝑmansit ꝛ me
duce te pr̄em agnouit. Cui apol. ait. Nō pos
sum tibi esse ꝯtrarius: qꝛ multa ꝓ filia mea
fecisti ꝛ ideo opto vt ipsa sit vxor tua: ꝛ tūc
restat vt vindicem me a lenone. Athanago
ra ciuitatem intrauit ꝯuocatisqꝫ ciuibus di-
xit. Ne pereat ciuitas ꝓpter vnum imperiū
Sciatis apollonium regē pr̄em tharsie huc
venisse: ecce classes nauium properant eū
cum grandi exercitu ad destruendã ciuita
tem ꝓpter lenonem qui filiam suã tharsiā
in lupanari ꝯstituit. His dictis ꝯcursus fa-
ctus est ꝛ tanta ꝯmotio populi vt nec viri
nec femie manerent quin currerent omnes
ad appolloniū regem videndo eū ꝛ miam
ab eo petendo. Ait athanagora. Cōsulo ad
hoc vt non destruat̄ ciuitas deducat̄ ad eū
leno: captus est statim ꝛ ligatis manibus le
no a tergo deducit̄ ad regem apol. regia ve
ste indutus tonso capite dyadema imposuit
capiti sui tribunal ascendit cum filia ꝛ ciui-
bus dicens. Videtis tharsiam virgiē a pa
tre suo hodie ꝯgnitã: cuius turpissimus le
no q̄ntum erat in eo corruptionē ꝯfusionē
ꝑpetuã ꝓcurabat: nec amicicia sua nec pre
ce nec precio desistere volebat facite ergo fi
lie mee vindictam. Omnes vna voce dixe-
runt. Dn̄e leno viuus ꝯburat̄: ꝛ diuitie ei-
us puelle dent̄: ꝓtinus adducit̄ leno ꝛ corā
oībus in igne ponit̄ ꝛ totalit̄ ꝯburit̄. Thar
sia ait villico: dono tibi libertatē: qꝛ benefi
cio tuo ꝛ ciuiū v̄go ꝑmansi ꝛ donauit ei du
centos aureos ꝛ libertatē. Libertatē cun-
ctis puellis corã se presentatis ꝑdonauit ꝛ
dixit. Quid de corꝑe vestro actenus serui-
stis ex hoc libere estote. Apol. ad populum
loquens grãs vobis de beneficijs v̄ris red
do mihi ꝛ filie mee factis. nunc ergo tribuo
vobis auri pondera quinq̄ginta. Illi ei ca-
pita sua inclinabāt grãs referentes. Ciues
omnes statuam appollonij in medio ciuita
tis statuerunt: ꝛ in basi scripserūt Tyro ap
polonio restauratori domuū nr̄ãꝝ ꝛ tharsie
sanctissime filie eius virgini. Post paucos
dies appol. tradidit filiam suam in ꝯiugē
athanagore cum ingenti leticia totius ciui
tatis ꝛ cū genere ꝛ filia nauigans cū oībus
suis volens ꝑ tharsum ꝓficiscendo ad p̄riã
suam iter somnis ammonitus est ꝑ ange-
lum vt ephesum iret ꝛ intraret in templum
ephesoꝝ cū filia ꝛ genere suo ibiqꝫ omnes
casus suos alta voce exponeret quos pas-
sus esset a iuuētute sua postea veniret thar
sum ꝛ vindicaret filiā suã. Appol. experge
factus oīa indicauit generi ꝛ filie sue. illi au
tem dixerunt. Fac domine quod tibi videt̄
bonum tunc iussit gubernatorem nauigare
ephesum. Qui cū descendisset statim cū suis
templum petijt vt ꝯiunx sua inter sacerdo-
tes sancte viuit: rogauit vt templum aperie
tur: quod factū est. Hec audiens vxor eius
ꝙ quidã rex venerat cū filia ꝛ genere. gē-
mis regalibus ornauit caput suū ꝛ induit
se veste purpura: ꝛ cum honesto cōmitatu
templū intrauit: erat nimis pulcra ꝛ ob ni-
miū castitatis amorē asserebant omnes nul
lã tã gratã esse v̄ginē. Quā videns ap-
pollonius in nullo noticiā eius hēbat: misit
se ad pedes eius cum filia sua ꝛ genere: tā
tus enim splendor eius pulcritudinis immi
nebat vt ipsa dyadema esse videntibus pu
taret̄: statuit in templo preciosa munera: et
post hec cepit appollonius dicere sicut an-
gelus ei dixerat. Ego ab adolescentulo rex
natus tyrus appollonius noiatus cū ad om
nē sciã ꝑuenissem regis iniqui anthiochi
questionē exolui vt eius filiã acciperem:
ille vo cū defflorauit ac in impietate sua cō-
tinue tenuit ꝛ me occidere conabat̄: fugã
petij ꝛ in mari oīa ꝑdidi: ꝛ post a rege alti
strate gratissime susceptus intantū eius be
niuolentiam sum expertus vt mihi filiā suam
in vxorem daret. deinde mortuo anthiocho
ad regnum percipiendum vxorem meam
mecum duxi: hanc filiã peꝑit vxor mea in

mari de cuius pm defuncta est quam ego cum.xx.sistercijs aureis in loculo clausam in mare misi:vt inuenta digne sepeliret. Et hanc filiaz meā nequissimis hoibus ad nutriendũ cõmendaui z supiores ptes egipti petij. Quarto aũt decimo anno adueniens vt filiam meā expeterem dixerunt mihi eaz esse defunctā:z dum credidi in luctu viri z in lugubribus vestibus z mori cupiens mihi filia mea reddita est. Cuz hec z his similia narraret altistratis regis filia vxor eius leuauit se z rapuit eum in amplexus volēs eũ osculari:Appollonius aũt repulit eā a se cum indignatione ignorans q vxor sua esset:at illa. O domine mi:dixit cuz lacrimis dimidium aie mee cur sic agis:ego sum cõiunx tua altistratis regis filia z tu es tyrus appollonius maritus z dominus meus qui me docuisti:tu es naufragus meus quem amaui non causa libidinis sz sapie. Appollonius hoc audiens statim noticiam eius habens cecidit sup collum eius z pre gaudio lacrimas emisit dicens. Benedictus altissimus qui mihi filiam cum vxore reddidit:at illa. Ubi est filia mea:z ipse ostendēs tharsiam dixit. Hec est filia tua tharsia:illa vero osculata est eam z sic cum leticia magna in tota ciuitate illa z in circuitu q rex appollonius vxorez suā in templo inuenit: famatuz est. Appollonius ascendit nauem cũ vxore z filia z genere reuertens ad priaz suā. Ueniens igit appol. anthiochiā regnum sibi reseruatum recepit z pgens tyrũ cõstituit in locum suum athanagoram generũ suũ. Deinde cum ipso genere vxore z filia z cuz exercitu regio veniens tharsum iussit apprehendere dyonisiadem z stranguilionem z duci ante se z coraz oibus ait. Ciues tharsenses nunquid vestrũ alicui extiti ingratus. Omnes dixerunt. Nõ domine:parati sumus p vobis mori:hec statua ē facta:q2 nos a morte seruastis. Appollonius ait. Cõmendaui filiaz meā stranguilioni z dyonisiadi vxori sue z eam mihi reddere noluerunt. Infelix mulier ait. Bone domine nunquid tuipse titulum monumenti eius legisti. appollonius iussit filiam suam venire in presentia oim: z tharsia maledixit mulieri z dixit. Aue salutat te tharsia ab inferis reuocata. Infelix mulier videns eam toto corde cõtremuit ciues mirabant z gaudebant:z iussit tharsia venire villicum cui ait. Theophile tu agnosti:clara voce responde quis ad interficiendum me te obligauit:villicus ait dyonisiades dña mea. Tunc ciues rapuerunt stranguilionem z dyonisiadez:z extra ciuitatem trahentes lapidauerunt. Uolentes z theophilum occidere sz tharsia eum a morte liberauit dicens: Nisi mihi spacium ad orandum dedisset modo eum non defenderem: Appol. dedit munera ciuitati ad restaurandũ ciuitatez z moratus ē ibi tribus mensibus:nauigans inde penthapolim ciuitatem curiā ingredit ad altistratē regez gaudens. Rex senex:factus est:vidit filiaz z nepũ cũ marito suo rege p integrũ annuz letant insimul vna pmanserunt:post hec morit perfecta etate:manibus eoz dimittens dimidietatem regni sui apollonio z medietatem filie sue:oibus his pactis dum ambularet apollonius iuxta mare vidit piscatorez qui eum post naufragiũ accepit:iussitq3 euz apprehendere z ad palacium duci:videns piscator a militibus se apprehēdi putauit occidi. Ingressus apol. iussit eum adduci ad se dicēs. hic paranimphus meus qui mihi post naufragium opem dedit ad ciuitatē venire ostendit z dixit ei:ego sum apolonius tyrus z iussit sibi dari.cc.sistercias seruos z ancillas z fecit eum comitem suũ q̃diu vixit:elamitus qui ei de anthiocho nũciauit procidens ad pedes appolonij z ait. memor esto domine elamiti serui tui. Appollonius apprehensa manu eius erexit eum fecitq3 euz diuitem z ordinauit in comitez. His expletis genuit Apol. filium de cõiuge sua quem in locum aui sui Altistratis constituit regem. Uixit apolonius cum coniuge sua.lxxxiiij. annos z tenuit regnum anthiochie z Tyri z tyrenensium quiete ac feliciter casus suos descripsit ipse duo volumina perfecit vnum in templo ephesorum alterum in sua bibliotheca collocauit defunctus ē z perrexit ad vitam eternam. Ad quaz zč.

De celesti patria
Capitulum.cliiij.

Narrat geruasius q in edissa ciuitate ob presentiaz sancte imagis christi nullus hereticus viuē põt

nullus paganus:nullus ydolo℞ cultor:nullus iudeus: sed nec locū illū barbari possūt inuadere:si qn̄do exercitus obuenit hostilis stans sup portā ciuitatis innocēs puerulus epistolam legit:⁊ sic eadem die qua legitur epistola:aut placantur barbari:aut fugiunt effeminati

Moralisatio

Carissimi. Ista ciuitas est ciuitas illa de qua in Apocali. dr̄. Uidi ciuitatē sanctā iherusalē descendentem de celo nouā sicut sponsam ornataꝫ viro suo. Ciuitas ista ꝯstruitur ex viuis lapidibus.i.sctis martiribus ⁊ aliis deuotis ⁊ placentibus in qua propter presentiā sancte imagis christi nullus ydolo℞ cultor aut hereticus neqꝫ barbarus audet accedere: nec locū illū inuadere. Uel ciuitas ista pōt dici corpus nr̄m in quo ꝓpter presentiaꝫ sancte imaginis christi.i.aīe infuse ⁊ per baptismū a pc̄o origiali lote:nullus hereticus.i.nulla dyaboli versutia aut pompa viuere potest: quoniaꝫ in baptismo deo firmiter adherere ꝓmisimus ⁊ dyaboli pompis abrenunciauimus:quoniā homo ad imaginem trinitatis sancte factus ⁊ creatus est vt dr̄ Gen̄.j. Faciamus hoiem ad imagineꝫ ⁊ similitudineꝫ nostraꝫ:ideo dyabolus in eo post baptismū viuere non pōt nisi homo voluerit. Hostis eni noster ita debilis est ꝙ nemineꝫ supare poterit nisi homo voluerit: sed nec locū illū barbari possūt inuadere. Barbari sūt pc̄ta mortalia que per presentiaꝫ diuine grē aiaꝫ nostrā inuadere non possunt: ⁊ si ex fragilitate ꝯditionis nr̄e ⁊ carnis suggestione aia per pc̄m aliqd̄ mortale aut saltem enorme inuaditur puerulus innocens.i. conscientia remordens exercitū hostilē obuenientē per epistolam ꝯfessionis debet repellere:⁊ post ꝯfessionem pro pc̄tis satisfacere: ⁊ sic eadē die que puerulus stans in porta.i.inͥ inchoatione bone vite epistolaꝫ emendationis ⁊ confessionis legit totiens quotiens barbari ꝯscientiaꝫ inuadentes: ⁊ bonum opus nr̄m retardantes:aut placātur:aut effeminati fugiunt:sed nunꝙ placantur:quia dum bona opera nostra ꝯspiciunt plus in temptatiōis furiam vertuntur ⁊ insaniunt. Si autem ex lapsu carnis nos in presenti laqueū inciderimus:nullā tamē ex hoc placatioꝫ dyaboli vt a temptatiōe vlla desistet hr̄e poterimus ergo effeminati ⁊ deuicti a nobis fugiunt. Stultuꝫ enim est seruire dyabolo qui nullo placatur obsequio:sed adherendum est deo qui sibi seruientibus vitā ⁊ mercedē eternā retribuit:ad quam nos perducat ⁊c̄.

De modo pugne in passiōe christi ꝯtra dyabolum.

Capitulum.clv.

In anglia vt narrat geruasius ad terminos episcopatus elienensis est castrū cathubricha noie:infra cuius limites e vicino locus est quem vuandleburiam dicunt eo ꝙ illic vuandali partes britanie seua christiano℞ īi peremptione vastantes castrametati sunt. Ubi vero ad mōticuli apicē fixere temoria planicies in rotundū vallatis circūcluditur vnico ad instar portalis aditu patens ad ingressum. In hanc campi planiciē vt ab antiquissimis tp̄ibus colitur fama que vulgo testatur post noctis ꝯticinium lucente luna si quis miles exclamat miles contraueniat: stati ex aduerso miles occurrit qui ad congrediendum paratus concurrētibus equis: aut resistentem deiicit aut deiicitur: ⁊ intra aditus illius septa solus miles ingreditur:⁊ ab exteriori aspectu alicuius foris nō artatͬ Ad huius rei fidem rem gestam ⁊ multis vulgo cognitam subiungo quaꝫ ab incolis ⁊ indigenis audiui meo subiecti. Erat i britannia maiori paucis exactis diebus miles albertus in armis strenuissimus: omnibus virtutibus decorus: hic aliquo die castrum memoratū hospes ingreditur:⁊ cum in hyemis intemperie post cenam noctu familia diuitis ad focū vt potentibus moris est:recedendis antiquis gestis operā daret:tandē occurrit ab indigenis pretaxatum mirabile recensitū. Uir ergo strenuus vt qd̄ auribus hauserat rei ipsius experiētia probaret:vnū de nobilibus armigeris elegit: quo comite locum adiit: ad ostensum locum loricatus miles appropinquans ascendit: dimissoqꝫ seruo nobili solus campum ingreditur. Exclamat miles vt alterum inueniat:⁊ vocem ex opposito miles ad instar militis celer occurrit:pareqꝫ vt videbatur armatus. Quid plura. Extensis clipeis:directis hastis equi ꝯcurrunt: equites impulsibus mutuis concutiūtur: ⁊ elisa iam alterius lancea:ictuqꝫ

euanescēte per librici: albertus aduersariū suū potenter impulit ad casū: cadens & sine mora resurgens albertum per lura respicit: equū ex causa lucratiua adducere: lanceā subducit: et dum eā modo iaculi missibilis emittit femur alberto ictu atrocissimo trās fodit: ex aduerso miles nr̄. aut pre gaudio victorie ictū vulnusq; non sentiens aut dissimulans disparēte aduersario campū victor egreditur equū lucratū armigero tradidit: statura grandē: leuitate agilem: & in apparentia pulcerrimū. Regredienti viro nobili turba familiaris occurrit: euentum miratur casum deiecti militis gratū habens: & strenuitatē tam illustris baronis cōmendans. & cum caligas ferreas discalciaret vnā sanguinis coagulo vidit compleuam: stupet familia de vulnere: sed dominus indignatur timere: cōcurrit excitatus populus & quos ante somnus presserat: excrescēs admiratio ducit ad vigilandū. Testis triumphi equus freno nō dimisso tenet ad publicū ꝯspectū expositus: oculis toruis: ceruice erecta: pilo nigro: sella militari. Jam gallicantus aduenerat: equus saltibus estuans: naribus ebuliens: pedibus terram pulsans: loris quibus tenebat dirupris: in naturalē se recipit libertatē fuga facta insecutus disparuit: & nobilis miles noster id iniusti vulneris perpetuum habet momentum: quod singulis annis illo eodem noctis renouante momento vulnus in supficie cutis superductū recrudescebat. vnde factū est vt post annos paucos miles illustris trāsfretauit: & sub multiplicata contra paganos pugnandi strenuitate vitā domino reddens cōmendauit.

Moralisatio

Carissimi. iste miles strenuissimus est dominus noster ihesus xp̄us qui est miles & rex regum et dn̄s dominantiū qui cum milite scz dyabolo pugnaturus de castro supernoꝝ ciuiū redimi non potuisset nisi dei filius mundum cōtra dyabolū pugnatꝰ intrasset. Nā ante christi natiuitatē nullus sanctoꝝ q̄ꝗ iustus fuerit regnum celoꝝ intrare potuit: propterea dei filius ex ꝯsulto dei patris ab indigenis suis hoc mirabile intelligens qui ante multa annorum milia limbū inferni introierant: vnū de nobilibus armigeris elegit: quo comite mundū istum intrauit: cui equum ante tps pugne cōmendauit: qꝛ dum xp̄us de maria virgine nasci voluit ab eius purissimo sanguine spūsancto coopante carnē assumpsit: quā pro armigero deputauit: sed cū miles iste campū intrasset & aduersariū suū dyabolum ꝯsiderasset: exclamauit miles vt nō alteꝝ inueniat: & ecce ex opposito alt miles scz dyabolus ad instar militis per supbiam armatus occurrit: sed dominus noster oēs quos secū habuit dimisit solus campum intrauit preter equū. i. humanitatē: qꝛ dum tps passionis eius appropinquaret & iudei eum capent & crucifigerent nullū secū hūit qꝛ discipuli vt euangelista testant relicto eo fugerunt. In orto solus: in captura solus: in cruce solus: in oībus passionibus suis & angustiis corporis solus: ita vt impleret illud Ysa. Torcular calcaui solus de gētibus nō est vir mecū. Quid plura: extensis clipeis: directis hastis equi &c: qꝛ dum xp̄us humanam naturā ad quam redimendā venerat a lapsu primoꝝ parentum erigeret: humilitatis sue clipeū extendit: hastā superbie nequissimi dyaboli fregit: & aduersariū suum potenter impulit ad casum: & ad inferni profundissima dimersit. sed miles noster ihesus xp̄us in hac pugna. i. passione sua per iude traditionem & multipharia; derisionem ac postremā per mortis & crucis sententie ꝑlationem cadens & cito resurgens: qꝛ die tertia sicut ipse testat de se precedā vos in galileā resurrexit. Tunc aduersarius christi lanceā i die pasceues subducit & femur nobilissimi regis nr̄i ictu atrocissimo trāsfodit: qꝛ xp̄us aut pre gaudio victorie ictum vulnusq; nō sentiens: aut dissimulans disparente aduersario: qꝛ dum xp̄us moreretur in cruce: dyabolus si quid in eo potestatis hr̄e potuisset ad eum venit: qꝛ purū hoīem cum credidit miles disparēte aduersario & debellato mōi campū victor egreditur: equum lucratū. i. corpus & animā in die ascensionis sue deo patri tradidit: sed dum nobilis iste de mūdo in monte oliueti ad patrē regrediatur turba familiaris occurrit: quoniam oīm patriarcharum & prophetarum numerus alioꝝq; sanctoꝝ exercitus letissimi ex victoria facti: & in limbo infernorum adhuc reclusi singulatim dicebant: Aduenisti desiderabilis &c.

Euentū miranť casuz deiecti militis aduer
sarij sui gratissimū habentes: ⁊ strenuitatē
tam illustris baronis commendantes: sed ⁊
miles vulnera de triūpho in signuz victorie
retinuit que i extremo iudicio iustis ad pre
mium: ⁊ pctōribus ad supplicium ostendet.
Stupet familia de vulnere. i. oēs electi mi-
ranť de tam acerba morte ⁊ christi passiōe
ei regratiantes: sed dn̄s dedignať timere: q2
viriliter ꝯtra mundum carnem ⁊ demonez
pugnauit ac potenter superauit. Deuotus
ꝯcurrit excitatus pplūs qui prius cū christo
compassionē non hūit: sed visis vulneribus
⁊ in mēte ꝯtractis amaris passiōibus quos
prius somnus obliuionis ⁊ ignorātie presse
rat excrescēs admiratio ducit ad vigilandū
huius triumphi testis est equus id ē christi
cruentatū corpus in quo vt Isaias dicit. A
planta pedis vsqz ad verticē capitis non ēst
sanitas: ad publicū ꝯspectum oīm fidelium
in memoriā est positū. Jam gallicantus ad
uenerat: ⁊ equus saltibus estuans naribus
ebuliens ⁊ pedibus terrā pulsans ⁊c. Per
gallicantū horā mortis christi videlicet no-
nam q̄ tunc erat ſm gentiles hora vere me
ridiei intelligimus: attamē omnibus nobis
erat nox cū Propheta dicat. Uanum est
vobis ante lucez surgere: q2 quotquot ante
xp̄m nascebanť ad infernū descenderunt.
propterea xp̄s estuans est saltibus resur-
gendi ⁊ ad celos ascēdendi: ebuliēs naribus
in terrorez oīm damnatoꝝ in die iudicij ex
tremi: ⁊ pedibus terraz pulsans. i. hoīes de
terra resurgere faciens cū vox tube nouissi
me sonuerit. Surgite mortui ⁊ venite ad iu
dicium: tunc dicēs est iustis. Uenite possi-
deatis paratū vobis regnū ab inicio seculi.
sed reprobi expectabunt illaz sentenciā tre-
mendam qua eis diceť. Ite maledicti ⁊c.

De causa subuersiōis troye Ca. clvj.

Refert ouidius de bello troyano:
ꝙ Helena fuit capta a paride ⁊
ꝙ prophetatū fuit ꝙ ciuitas troy
ana nō esset subiecta quousqz achilles mor
tuus eēt. Mater hoc audiens eū in quadā
camera inter domicellos cuiusdaz regis in
habitu muliebri occultabat. Qđ intelligēs
Ulixes nauez cum mercimoniis preparauit
ponens etiaz ornamenta muliebria ⁊ arma
splendentia: ⁊ sic ad castꝛ deuenit vbi achil
les cū domicellis iclusus manebat: qui stati
cum nauez cū ornamentis ⁊ armis vidisset
cum domicellis causa emendi mercimonia
itrauit. sed cū vlixes curiose arma tractasset
⁊ illū apprehendere solicitasset: achilles ha
stā arripuit ⁊ vibrauit et sic paruit res: quē
vlixes apprehendens ⁊ ad troyā deducens
preualuerunt greci. Ipso vō mortuo capta
est troya ⁊ obsides ꝑūs aduerse sūt liberati

Moralisatio

Carissimi. Paris dyabolū signifi
cat. Helena vero aiam siue totū
genus humanū a dyabolo captū
Troya infernum. Ulixes xp̄m. Achilles
spūmsanctū. Nauis mercimoniis onusta ē
beata vgo maria vtutibus adornata. arma
achillis sunt crux claues lancea corona ⁊c.
Ante christi mortem troya scz infernus pre
ualuit: ⁊ antiquos pr̄es in obsidione tenuit:
sed christo mortuo in die parasceues infer-
nus capitur: ⁊ obsides quos tenuit reddidit

De pena peccatorū non satisfacientium
in presenti pro delictis Capitulum. clvij

Otidaz impator erat qui ianitorē
prudentem hēbat qui a domino
suo instāter petiit vt cū ianitorez
ciuitatis per vnū mensem esse ꝯcederet ita
ꝙ ab oī gibboso monoculo scabioso impeti
ginoso ac herinoso denariū hr̄et. Impator
ei ꝯcessit ⁊ sigillo roborauit: qui ministerio
suscepto stetit in porta ciuitatis vt intrantes
⁊ exeuntes notaret et videret si aliqđ lucrū
ex officio posset obtinere. Quadā vero die
gibbosus cappatus illaz portā intrauit: iani
tor ei obuiam venit ⁊ denariuz ab eo petiit
ſm statutū ⁊ impatoris preceptū: gibbosus
renuit ⁊ nihil dare voluit: tūc ianitor manus
in eum iniecit: ciusqz capuciū accipe voluit
dum autē capuciū tolleret leuando inuenit
eū monoculuz statim duos denarios ab eo
petiit: alter dare noluit sed fugere ꝑposuit:
sed ianitor per capuciuz eū traxit: ⁊ ecce nu
dato capite iā scabiosus appuit statim tres
denarios postulauit. Gibbosus hec videns
cepit ei resistere: nudatisqz brachiis appuit
impetiginosus: ianitor vero quartū denariū
postulauit: cui defendenti cappaz abstulit: ⁊
cadente illa herinosos appuit quintū quare
denariū ab eo petiit: ⁊ sic ꝯtigit ꝙ qui vnū
de iure dare noluit inuitus quinqz dedit.

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est dominus noster ihesus xp̄us. Janitor est prelatus aut discretus confessor qui habet stare .i. verba dei et eius precepta promulgare in porta ciuitatis. Ciuitas ista ē mūdus qui tantū vnā portā intrandi habet scʒ ventrem: quia vnus introitus hominū et iumentoꝝ. sed sunt multe porte ad exeundū scʒ aliqui moriunt gladio: aliqui igne: aliqui subito: aliqui a bestiis sm̄ diuersitatē et mortis multiplicia genera. Sed anteꝗ̄ p portā mortis mundū istū exeat oportet de necessitate ꝙ soluat ianitori denariū si aliquaʒ maculam habeat. Per istū gibbosū scabiosū impetiginosū etc̄ petōdem intelligere ꝯgruit plenū viciis et ꝯcupiscentiis: et precipue qui in septē pc̄tis mortalibus est inuolutus qui pro quolibet vicio vnū denarium soluat scʒ auarus largitatē: gulosus sobrietatē: luxuriosus castitatē: supbus humilitatē: iracūdus mansuetudinē et sic de ceteris pc̄tis ad ꝯtria ꝓcede: qꝛ de necessitate est vt soluat hic vel alibi. Et quod hic pōt vna die solui vix alibi per annū poterit. Redde ergo que debes et secure poteris transire per portā clarissimam ad vitam eternam: ad quam nos etc.

De ꝓpenitate anime Capitulū .clviij.

Rome inuentū est corpus incorruptum altius muro ciuitatis cū istis versibus. Filius euandri pallas quem lancea turni. Militis occidit in more sua iacuit hic. Lucerna ardens erat ad caput eius que nec liquore nec flatu extingui poterat donec subter flāmā foramie facto cū acu aer fuisset immissus. Vulnus aūt gigantis quatuor pedum fuit et dimidij qui etiam post euersionē troye occisus iacuerat per duo milia annoꝝ ducentos et quadraginta.

Moralisatio

Carissimi. Iste gigas est primus pater nr̄ adā qui erat plasmatus et nō corruptus nisi per peccatū Iste erat altior muro ciuitatis que mūdus iste dr̄: altior eni erat: qꝛ teste Ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius etc. iste erat grauiter vulneratus quando ꝯtra dei preceptū de fructu ligni vetiti comedit: nō tantū ipse vulneratus: sed et totū genus humanū vulnere poitionis ꝓfundissimo laceratum erat ita ꝙ nec in celo nec ī terra nec inf angelos nec inter hoīes inuentus est aliquis qui poterat illud curare: donec filius dei de regalibus sedibus ad ima nr̄e mortalitatis descendens venerat qui per passiōis sue sanguinē roseū vulnus humani generis atrocissimuʒ pfecte curauit. Lucerna ardens ad caput ꝗ nec liquore nec flatu extingui poterat ē pena infernalis in qua diuina visione carebat per quator milia annoꝝ que nec liquore .i. orōne alicuius sancti: nec flatu .i. ieiunio poterat eū ab ista pena liberare nec extinguere donec flāma .i. diuina misericordia cum acu acerbissime passionis ex eius virtute aīa cū dignitate descendit ad inferos: et eū secuʒ ad paradisi gaudia perduxit vbi eternaliter clara visione dei perfrui poterit nisi pc̄tis se voluntarie subiiciens subiacere penis velit.

De inuentione vineaꝝ Capitulū .clix

Osephus in libro de causis rerū naturaliū dicit ꝙ noe inuenit viteʒ siluestrē .i. labruscā a labris tre et viarū dictā que cū eēt amara tulit sanguinem quatuor aīalium scʒ leonis agni porci et simee quo tre mixto fecit fimū queʒ ad radices labruscaꝝ posuit. Sic ergo vinū coꝝ sanguine est dulcoratū: quo facto noe postea de vino inebriat: et nudatus iacens a filio iuniori derisus: qui oībus filiis eius cōgregatis dixit se sanguinem dictoꝝ aīalium posuisse hominibus pro doctrina.

Moralisatio

Carissimi. Per vinū multi facti sunt leones propter iram: nec illo tpe habent discretionem. Aliqui enim sunt agni per verecundiaʒ: aliqui sunt simee per curiositateʒ assumptā ineptamqʒ leticiam. Nam simea oīa corā se facta etiaʒ facere ꝓponit sed destruit: quā si capere volueris plumbeos calceos habeas: et dum te illos exuenteʒ induenteqʒ ꝯspexerit et fortis liganteʒ similiter facit: que cū currere tēptat torquet grauedie et capitur. Qd de multis hoībus est simile: qui dū singula temptant: in ebrietatibus vix aliqua perficiunt: sed sic simea destruunt et confundunt

De retractione dyaboli ne bonum operemur Capitulum .clx.

Frequēs est vt angeli sathane in angelos lucis se transforment et in hūanis mentibus aliquid dya

bolice immissionis muriat. Ad istoꝝ cogni
tionem quoddã notamine dignissimũ subdit
exemplũ. Erat in regni arelatensis finibus
episcopatu valentino castrũ quoddam cuius
domina in assiduã duxit ↄsuetudinem infra
missarũ solennia post euangelium ecclesiaꝫ
egredi. Non enim poterat ↄsecrationẽ dñici
corporis sustinere. Cum per multos annos
ad compertũ vir eius dominus castri istius
noticiam habuisset: nec tante presumptionis
causã sedulus inuestigator inuenisset: semel
quodam die solẽni finito euangelio egrediẽs
domina per virũ ꝛ ministros eius inuita et
renitẽs detinetur: statimqꝫ sacerdote verba
ↄsecratoria ꝓferente domina spũ dyabolico
leuata sursum auolat: partẽqꝫ capelle secuꝫ
in precipiciũ ducẽs: amplius in finibus illis
non est visa: sed ꝛ pars turris cui capella in
nitebatur adhuc supmanens rerum fert te-
stimonium Moralisatio

Carissimi. Castrum istud de quo
dr̃ mundus iste intelligit. Huius
castri dominus ẽ spũaliter homo
mundanus totaliter mundo deditus intantũ
ꝙ cũ ꝑ diuinã inspirationẽ aliquando opus
aliqd̃ bonũ inceperit ꝓpter mundi vanitatẽ
cui deditus est ꝑficere non põt ita ꝙ ꝓpter
mundana sepe vitã suã amittit. Dyabolus
enim qꝛ humano generi semp inimicus est
plus de ꝑficiendo aliqd̃ bonũ nos suberabit
ꝙ ad iniciandũ hoc adducit. ↄsiderat namqꝫ
ꝙ i fine victorie ꝓ virili pugna daẽ palma
glorie: sed dominus huius castri ẽ discretus
ↄfessor qui cũ viderit dominã suaꝫ .i. ouem
sibi in ecclesia cõmissam errare ꝛ preceptis
ecclesie non velle obedire: ꝫ post euangeliũ
id est admonitionẽ fraternã exire ecclesiam
hoc est quãdo sacerdos ꝛ ↄfessor tuus tibi
viã salutis pandit ꝛ instruit: et tu errans at
tendere spernis: certe per mistros .i. ecclesia
sticas censuras excõicationem publicam te
inuito ad obedienciã introducet. Sed si tũc
verba ↄsecrationis .i. aic me salutẽ sustinere
non poteris: spũ dyabolico leuaberis: ꝛ ad
inferni nouissima conuolabis vbi erit fletus
ꝛ stridor dentiũ. Verba salutis nostre sunt
verba predicatoĩs ꝛ bone exhortatoĩs que
quotidie ꝛ precipue in diebus festis ꝓferunẽ
Sed sunt aliqui ita spũ dyabolico instati ꝙ
cũ ad sermonẽ pulsũ audiunt iam primo se
ad requiẽ in lecto ponunt: ꝛ tunc prius dor
mire incipiunt cũ totã noctẽ in vanitatibus
ꝛ lasciuiis aliisqꝫ comessatoĩbus deduxerĩt
ita vt de illis merito Job dicat. Noctẽ ver
terunt in diem. Et sunt aliqui qui dũ mane
surgunt ad ecclesiaꝫ non ꝓ audiendo missa
aut sermonẽ predicatoĩs intelligẽdo ꝓperãt
sed coꝝ mercanciis aut certe fabulis inten
dendis plus festinant. Et sunt aliqui qui dũ
corpore ꝑñtaliter in ecclesia ↄsistunt cordis
tamen solicitudine ad exteriora vagãtes ad
deũ placandũ non dirigũt. Alij sunt qui dũ
ecclesiã intrantes missam audire incipiunt:
sed euangelio lecto more istius domine ec-
clesiã exeunt: ꝛ in cimiterij finibus ꝛ muris
se ponũt vt sermõe finito ad cãpane sonituꝫ
ne predicatioꝫ audiant ad ecclesiaꝫ recurrãt
ꝛ cito recedant. Hos discretus ↄfessor ad-
monitione prehabita inuite renitẽtes ab ec
clesie gremio vt predicatũ est debet ãputare
.i. dyabolo dũ nõ penituerit cõmendare ne
ipse criminibus eoꝝ q̃si ↄsentiẽdo reus a dño
iudicet̃ quãdo dicet ipsis. Ite maledicti ꝛc̃

De deo pro suis beneficiis semper re-
gratiando Capitulum .clxj.

In regno anglie monticulus quidam est in
nemoroso saltu ad staturaꝫ hoĩs in apicem
surgens. In quem milites aliiqꝫ venatores
ascendere ↄsueuerunt cũ estu ꝛ siti fatigati
aliquod instantie sue querebant remedium
Vertẽ ex loci ꝛ rei ↄditione relictis a longe
sociis solus quisqꝫ ascendit: cumqꝫ solus q̃si
ad alteꝝ loquens diceret sitio: statim ex im
prouiso e latere propinator astabat celebri
cultu: vultu hilari: manu exposita: cornu
grande gestans auro gemmisqꝫ ornatum;
sicut quorundam vsqꝫ hodie moris est vice
calicis nectaris ignoti ꝫ suauissimi saporis
offerebat: quo hausto totus calescentis cor
poris estus ꝛ lassitudo fugiebat ita vt non
laborasse sed laborẽ arripe velle quis cre-
deret: sed ꝛ sumpto nectare minister linthe
olũ mundissimũ ad ora siccãda porrigebat
ꝛ expleto suo ministerio disparuit: nec mer
cedem ꝓ obsequio nec pro inquisitioẽ collo
quium expectabat. Hoc multis annositatis
antique curriculis apud vetustissimos cele
berrimum ac quotidianũ agebat̃. Deniqꝫ
venator quidã miles venandi cã locũ dictũ
accessit ꝛ postulato potu ac sumpto cornu

non illud vt ꝯsuetudinis et vrbanitatis erat pincerne restituit: sed ad ꝓpriũ vsũ retinuit Uerũ dominus comperta rei veritate predonem dãnauit: ⁊ cornu anglo⁊ regi hainrico vetustiori donauit ne tãti criminis fautor fuisse censeretur Expositio

Carissimi. Memorosus saltus regnum celorum est: ⁊ monticulum mundũ istum esse intelligimus: quoniam in mundo teste ps̃ reptilia sunt quo⁊ non est numerus. Uenator est homo qui quotidie in hoc mũdo venat̃: ⁊ singulis die⁊ cursibus viã dietã ad montẽ venandã montẽ istũ ascendit. Sed cũ in ista venatiõe nil nisi reptilia tribulationis ⁊ aialia dyabolice deceptiõis inuenerit: estu diuini ardoris ⁊ siti remunerationis ad cornu olei misericordiarum accedat qd̃ de fonte sue benignitatis oĩbus effluenter tribuit ⁊ non improperat. Cornu filius dei est qui nectar illud salutare suauissimi saporis in ara crucis ex suis sctĩssimis vulneribus celebri cultu vultu hilari: manibus latissime expãsis pro redemptione totius generis humani largiter ꝓpinauit. Cornu istud preciosum auro est ornatũ quando corpus illud gloriosũ saluatoris nostri diuersis tormẽto⁊ suppliciis ac flagellationũ vulneribus roseo sanguine a planta pedis vsq̃ ad verticem capitis Isa. teste est transfusum. Cornu est gemis decoratum quando caput illud gloriosũ spina⁊ densitate fixuris atrocissimis est perforatũ. Iste pincerna dat nobis manutergiũ confessionis ⁊ indulgentie quo crimina nostra abstergamus: quare si vas mundũ id ẽ cor contritũ ⁊ humiliatũ ac a pctĩs purgatum reddere debemus: ⁊ ꝓ potu suauissimo gratias sempiternas agere: qd̃ si nõ fecerimus iudex viuo⁊ et mortuo⁊ cornu a nobis exiget in die extreme vltionis: ⁊ in ꝯfusionem nostrã cũctis videntibus ostendet: ⁊ in patibulo infernali ꝑpetuo cruciandos suspẽdet.

De cauendis imprecationibus cum expositione Capitulum. cxij.

Rem nouam atq̃ insolitã: sed salubri cõsilio plenam ⁊ cautelam incautis facilẽ prestantẽ narrat Geruasius tilbergen̄ ad ottonẽ romano⁊ imperatorẽ q̃ in catholonia episcopatu gerũdẽ. est quidã mons excelsus valde: huius ambitus arduus est ⁊ ꝓ pte inaccessibilis ad ascensũ: in cuius sũmitate locus est aquã ꝯtinens subnigrã: ⁊ in ꝓfundo inperscrutabilem. Illic mansio fertur esse demonũ ad modũ palacij dilatata ⁊ ianua clausa: facies tamẽ ipsius mansiõis sicut ipso⁊ demonũ vulgare est incognita ac inuisibilis. In lacũ si quis aliquã lapideã aut aliam solidã piecerit materiã: stati tanq̃ offẽsis demonibus tẽpestas erumpit. Et in quadã montis pticula est nix ꝑpetua: glacies ꝯtinua: illic cristalli copia ⁊ nulla vnq̃ solis presentia: ad huius montis radicẽ fluuius est: aureas habens arenas: vnde ex eius arenis aurũ qd̃ vulgus pallium noiat elicit̃: in huius mõtis ꝯsistentia ⁊ circuitu argentũ fodit̃: et multiplex fertilitas erũpit. Erat i ꝯiuncta mõtis villa vir quidã agricola: hic quadam die cũ domi rebus domesticis intẽderet: et eiulatu filie paruule ꝯtinuo ⁊ implacabili turbaret̃ tandẽ vt offensis mos est filiã suã demonibus cõmendauit: cõmendatiõi stati incaute patris receptator occurrit ⁊ inuisibili raptu demonũ turba puella⁊ adduxit. Cõpleto iã ab his septennio dũ ad radice⁊ montis indigena quida⁊ iter arripuit vidit hoiem celeri cursu transeuntẽ: qui flebili voce plangebat Heu me inquit miserũ quid agam qui tãto pondere premor: requisitus ab alio viatore q̃ sit tanti doloris causa: respõdit se in mõte iam septennio trãsisse sub cõmendatione demonum qui ipso quotidie pro vehiculo vtebantur: ⁊ vt adiutor rei tam incredibili fide adhiberet: argumentũ certissimũ iunxit esse in simili cõmendatione quandã filla⁊ vicini sui quã nouerat. de puelle huius educatiõe tediũ facientes demones ipsam libenter cõmendatori suo restituissent si modo pr̃ eam in monte recipet. stupet adiutor incertus an sileat icredibilia an loquatur eligit vt patri statũ filie denunciat: ad patre⁊ transiens eũ repit de diutina filie amissione querelante⁊ inquirit causa⁊ plangendi: ⁊ audita rei fide adiecit qui primi simus ab illo quo vice vehiculi demões vtebant̃ audisse: ꝯsultius dicens se esse vt ad loca designata veniẽs sub diuini nois attestatiõe ad restitutiõ⁊ cõmisse filie demões adiuuaret. Auditis nũcij vbis pr̃ obstupuit: ⁊ dũ intra se cogitat quid deliberatius agat eligit ꝯsilio nũcij se suppone

Omnem ascendit per loca lacus discurrit demones vt commendatam filiam redderent adiurat: et tandem quasi repentino flatu filia prodiit in medium procera statura oculis vagis ossibus et neruis pelle vix herentibus: horrenda aspectu ydeomate nullo vix aliquid humani sapiens et intelligens. Receptam prolem pater admirans et dubius an alendam retineat episcopum gerundinensem adiit euentum tristem pandit: quid agendum ei sit solicitus exquirit. Episcopus vt vir religiosus et exemplo bono commissum sibi gregem informans puellam in omnium aspectu exponit: reique seriem pandens predicando docuit subditis ne de cetero sua demonibus commendent eo quod aduersarius noster dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret: et quosdam vt datos maceret et sine spe reddendi incarceratos sibi retineat quosdam vt commendationes ad ipsa maceret et affligat. Nec diu post illo quo demones pro vehiculo vtebantur: consimili patris imprecatione in medium exiit: et qui cum raptus erat maioris perfectiorisque discretionis extiterat fidelius ac intelligibilius que apud demones gerebantur exposuit: asserebat iuxta predictum locum in subterranea specu palacium esse latum in cuius aditu ianua est: et ibidem quedam obscuritas ad quam cum mutuo applausu postquam demones orbis partes percurrerint conueniunt et quid egerint maioribus suis nunciant: verum hanc palacij consistentiam nullus preter ipsos et eos qui perpetuo dampnationis iugo in demonum transiere proprietatem. Ex predictis carissimi informari possumus vt cum aliquibus in factis nostris contrarietatibus aduenientibus impedimur non statim dyabolum aut quodlibet auxilium inuocemus: neque familiam nostram quamuis in aliquo delinquentem dyabolo commendemus: quia qui sibi commendatur in corpore magis studet atque contrariatur de opibus bonis que homo posset tunc operari in mente sperans aliquid proprietatis in mente possidere qui cautius insidiatur vt rapiat pauperem animam per peccatum infectam vt attrahat eam in penam et dampnationem perpetuam in lacum miserie et luti fecis: quoniam ibi est nix perpetua: glacies continua attestante beato Job qui ait. Ibi transitur ab aquis niuium ad calorem nimium et econtra. Illic cristalli copia et nunquam solis presentia. Cristallus speculum et faciem clarissimam sancte trinitatis significat. Speculum inquam sine macula in quo sanctorum angelorum exercitus videre congaudet: in infernis nullo tempore per misericordiam illucebit. Sed illic est cristalli presentia id est ignis intolerabilis perpetua copia in qua hominis filia id est peccatoris dampnata anima non solum septennis: sed sempiternis suppliciis traditur crucianda.

De timore inordinato Capi. clxiij.

Alexander regnauit qui vnicum filium nomine celestinum habebat: quem multum dilexit: in animo suo cogitauit bonum est filium meum ad docendum dare: vocauit quendam philosophum et ait. Magister accipe filium meum ad doctrinandum et dabo tibi mercedem: at ille. Domine presto sum voluntati vestre per omnia satisfacere. Puerum secum accepit et circa eum diligens erat. Accidit vno die quod ad quoddam pratum cum discipulo suo celestino perrexit: ambo in prato vnum equum scabiosum viderunt iacentem: iuxta equum erant due oues ad inuicem ligate que herbas comedebant. Accidit quod iste due oues iuxta equum pascebant vna ex parte dextra equi: et alia ex parte sinistra sic quod equum appropinquabant: et corda cum qua erant ligate continue supra dorsum lata est quousque super scabiem in medio dorsi peruenit. Equus cum corda in vulnere dorsi sentiebat surrexit et magis ac magis grauabatur: et pre magno dolore cum impetu incepit currere et duas oues portabat: et quanto plus oues ponderabant tanto magis corda vulnus penetrauit ac dolorem augmentauit. Erat tunc prope pratum domus molendinarij. Equus vero ex magno dolore furiosus domum illam cum ouibus intrauit in qua nemo erat nisi ignis. Equus vero hincinde ignem dispersit intantum quod tota domus incepit comburi: et se ipsum cum ouibus totaliter combussit: tunc ait magister discipulo suo celestino. Carissime iam vidisti principium et medium et totius rei geste finem integraliter completum: fac mihi de ista materia versus sine falsitate et quos debes pro combustione domus soluere: quod nisi feceris amen dico tibi penam magnam sustinebis. Celestinus discipulus absente magistro suo per se perrexit et multum studebat: sed versus componere minime sciebat: ex hoc multum

tristis semp erat celestinus: statim dyabolus in specie hois ei obuiabat & ait. O fili cur tantu tristaris: qui ait. Non expedit tibi di-cere: & ille. Dicas mihi secure: & tuu negocium expediam: ait celestinus. Deberem versus componere sub pena graui de equo scabioso & duabus ouibus et penitus ignoro: at ille. Ego sum dyabolus in specie hois & optimus versificator mgrm noli timere: sed mihi pmitte q meus seruus fidelis eris versus tibi componam melius q magister tuus. Celestinus vero consensit fide data q fideliter ministraret si promissum cöpleret: at ille sibi hos vsus dixit. Nexus ouez bina p spina traxit equinaz. Lesus surgit equus perdidit vtrunqz pecus. Ad molendinu pondus portabat equinu. Dispergendo focu se cremat atqz locu. Custodes aberat singula damna ferant. Puer vero cu istos versus habuisset gauisus est valde domum rediit ait magister. Fili nunquid versus legisti siue fecisti: & ille. Etiam magister. Versus recitauit sicut superius est scriptuz. Magister cu hec audisset admirabat & ait. Dic mihi fili quis tibi fabricauit: & ille. Nemo: qui ait Nisi mihi veritate dixeris vsqz ad sanguinis effusionem flagellatus eris. Puer vero timens a principio vsqz ad fine oia ei retulit quomo dyabolo eet obligatus. Magister vero contristatus est valde fecit pueru reuocari & cötritione magna ofiteri ac dyabolo abrenunciare: & post hoc factus est homo sanctus: & deo animam post vitam bonam reddidit.

Moralisatio

Carissimi. Iste rex est dominus noster ihesus xpus i custodia scz pphetis & prelati tradimus ad doctrinandu in bonis opibus qui sepius circa pratum .i. mundu ambulat: videt equu scabiosum iacentem hoc est peccatore in pctis suis inuolutum: & duas oues ligatas id est prelatu ecclesie & predicatorem qui debent ad inuicez ligari cum corda caritatis. Prelatus ecclesie tenetur fm iura predicatores admittere sicut sunt fres minores & predicatores. Isti duo propter nimiaz caritate per quam sunt ligati sepe tangunt locu doloris in peccatore: hoc est prelatus per censuram ecclesiasticam aliquos excömunicat predicator sermocionando peccata eoru tangit. Unde videmus q aliqui qui sunt tacti per prelatu aut predicatore non corrigant: stati ad modum equi incipiunt recalcitrare murmurare q ambos secu portat eos vbiqz detrahendo: oblata aut decias sufferendo: elemosinas facere: sed tunc quid sequit. Equus ambas oues ad molendinu &c. id est pctor sepe ad vtruqz hoc incouenens ducit quotiens eos verbo aut ope ledit: & igne detractionis comburit quotiens famaz eoru denigrat. Uel aliter pot reduci: equus iste scabiosus erat totuz genus humanu per pctm primi parentis infectum. Due oues ligate duo testamenta: quia in vtraqz lege decem precepta sut posita. Ecce ligant magna ad inuice per istas duas leges equus scz pctor tangitur quando propter peccatu pena fm vtraqz legem apponitur. Sed sepius pctor recalcitrat sicut datan & abyron ptra deum murmurabat: & ideo perierut. Et ideo totu genus humanu si per penitentia pdignam tactu fuerit: per christi passionez oportet q recurrat ad molendinu cu duabus ouibus id est cu duobus testamentis ad ecclesia scz recurret: & ibi seipsum combureret gra diuini amoris: qr lex antiqua dicit illud quod dicebatur in figura: in noua habetur &c: qr lex antiqua non est totaliter destructa: sed spiritussancti gratia cöbusta: qr in antiqua lege hoc quod dicebat in figura: in noua habet expositum. Lex noua etiam spussancti gra est cöbusta sicut testat Salomon. Mittaz vobis spumsanctum &c. scz ignem amoris. Uel aliter pot reduci. Equus scabiosus in prato pctor est in mundo. Due oues ligate corpus & aia per baptismu ad inuice ligati vt sint de vna voluntate caro spui non ptradicat: sed miser homo sepe seipsuz cu corpe & aia trahit ad molendinum .i. ad infernum vbi oes singula damna ferant .i. oes sensus per pctm absentes erat inter virtutes quas in baptismo receperut: ideo quilibet pniam sua portabit: vt si visus vidit illicita: auditus audiuit detractoria: & sic quilibet in suo genere acriter puniat: nunc debes versus componere: hoc nil aliud est q anima & corpus ad rectitudinez per opera miscdie ligare: & hoc no debes ad suggestioz dyaboli facere sed ad informatione boni prelati: & per psequens vitam eterna obtinere: ad quam &c.

De peruersitate mundi
Capitulum.clxiiij.

In libro quodam habet de colloquio petri ad Jhesum. Uidi aliquando quinqz viros quos quidem freneticos arbitrabar. Uidi vnum comedentem arenam maris ita auide q̄ p vtramqz partem oris exiret: alium vidi stantem super foueam sulphuream et pice plenam de qua fetor intollerabilis exibat qui toto nisu nitebat̄ fetorez illum in os suum haurire. Tercium vidi in ardenti fornace iacentem cui tantus calor sufficere nō valebat: vnde nitebatur capere scintillas de fornace volantes ad deuorandum. Quartū vidi q̄ supra pinnaculum templi sedebat vt ventum caperet: z semper os apertum habebat vt ventus per eum transiret. Quintū vidi per omnia z singula membra sua quicquid potuit in os suum cape deuorabat: et continue deridebat: Jstos quinqz homines multi viderunt z multum admirabant̄ quomodo talia facere potuerunt.

Moralisatio

Carissimi. Per primum homiez qui arenam maris comedebat: possumus intelligere virum auarum. Eccle.iiij. Unus est z secundum non habet non filium non fratrez z tamen a labore non cessat: nec satiantur oculi eius diuitijs nec recogitat dicens. Laboro: cui: nescio: z fraudo animaz meam bonis. Exemplum de illo diuite qui dixit. Destruā horrea mea. De secundo qui stetit supra foueam sulphuream talis comparat̄ gulosis et luxuriosis. Philip.iij. Nunc autē dico flēs inimicos crucis christi quoꝝ finis interitus quoꝝ deus venter est z gloria eoꝝ in ꝯfusionem ipsoꝝ. Tales enim intantū dati z intenti sunt ebrietatibus z gulositatibus suis: si deus eos in tali statu viuere z permittere vellet nunq̄ celos intrare peterent. Qui teste boecio in quarto libro de ꝯsolatione phi losophie: summam felicitatem in voluptatibus esse constituunt. Hi cuz calice meroris z arena magne tribulationis apud inferos potabuntur: quia impossibile est vt hic ventrem z illic mentem repleant: z de delicijs ad delicias transeunt. De tercio quez vidit in ardenti fornace iacentem cui talis feruor sufficere non potuit: sed ad hoc ignez deglutiunt. Talis comparatur illis qui diuitijs et honoribus ceteris se preponunt Sed z hoc nec eis sufficit sed toto conamine laborant ad hoc vt pauperes spoliant z per vsuras suas aut alia quecunqz extorquedo̅ cetera illicita que habent ab eis habere potuerūt. De quibus Job.xx. Abstulisti pignus fratrum tuoꝝ sine causa: z nudos spoliasti vestibus. Prouer.xviij. Qui coaceruas diuitias zc̄. De quarto qui stetit supra pinnaculum templi significant̄ illi qui omnia opa sua bona faciunt vt videant̄ ab hominibus sicut ipocrite qui sub specie boni omne malum quod possunt faciunt. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Unde iob xxj. Tenent tympanum z cytharam zc̄. q2 cum pharisei z simolati aliquod opus bonum scʒ elemosynam aut huiusmodi facere voluerunt posuerunt se ad terminum z angulum alicuius publici transitus hominuʒ vt viderent̄: z cum hoc tubis z cytharis canebant. De quinto qui membra sua deuorabat signat eos qui omnia bona opa virorum ecclesiasticoꝝ z doctoꝝ sacroꝝ qui cetatores sunt sacre doctrine detrahunt: z inquantum in ipsis est peruerse deuorantes intelligunt nec a detractionibus cessare volunt.

De mundi puersitate Ca.clxv.

Legit̄ in vitaspatrum q̄ angelus ostendit cuidaz sancto tres hoīes triplici fatuitate laborātes. Primus hō fasciculum de lignis faciebat z cū non posset portare pre nimia grauedine adhuc plura ligna adiungebat. Scd̄us aquaz de puteo ꝓfundo cum multo labore hauriebat cū vase cribrato z voraminibus pleno z tamen non cessabat implere. Tercius trabem in curru gerebat volensqz domū intrare ianua tā arta z parua erat q̄ intrare nō potuit z tamen non cessabat equum verberare z pungere quousqz in foueā ꝓfundaz simul cecciderunt. Tunc ait angelus. Quid tibi videt̄ de istis tribus hoībus: at ille: tres stulti sunt: cui angelus: primū quem vidisti p illum intelligas hoīez qui peccata perpetrant z de die in die credunt secum portare vsqz in finem z quotidie addunt plura. Et plura intantum q̄ portare oīno non possūt quousqz mors subito veniat z aiaz ad penā

afferat ꝛ in ꝓfundum lacum infernalez de mergat. Per secundum quez vidisti aquã de puteo ꝓfundo inuanum haurientez intel lige illos qui opa meritoria ꝑpetrant: ꝛ ta men locum meritorium in eis non occupãt qꝛ pleni sunt foraminibus. i. peccatis: ꝛ quic quid boni operant̃ ꝑ peccatum totũ destruit̃. Per terciam qui trabem portauit designã tur mundi potentes qui credunt ꝑ ostiũ re gni celoꝝ intrare cũ sẜbia vite ꝛ mũdi põ pa: tamen impediunt̃ intantũ ꝙ ad infernũ cadunt. A quo ꝛc.

De ludo schacoꝝ Capi. cxvj.

Schacarium hꝫ. lxiiij. puncta per octo diuisa. s. viꝝ ꝛ mulierẽ spon sis ꝛ sponsas: clericos ꝛ laycos: di uites ꝛ pauperes. Istũ ludum sex hoies lu dunt. Primus est rochus: ꝛ ẽ in duplici ge nere. s. albus ꝛ niger: dexter est albus ꝛ sini ster est niger. Huius virtus est ꝙ cũ omnes schaci fuerint in locis suis situati tam nobi les ꝙ̃ populares habent virtualiter certos terminos ad quos possunt ꝓgredi: soli autẽ rochi cum sint inclusi nullam habent ꝓgre diendi virtutem nisi eis ꝑ nobiles aut popu lares via fuerit expedita: ꝛ vadit sꝑ recto tra mite ꝛ nunꝙ̃ ad angulum sine antecedet si ue reuertat̃: ꝛ quãdo vadit lateraliter ex al tera parte capit alium ꝛ fit fur.

Expositio

Carissimi. Sic paup verus nihil hꝫ nisi vnum transitum paupertatis sue ꝑ quã recto tramite incedit ad om paupm hoim iesum christum: ꝛ fit regina iuxta regem re gum. Sꝫ si murmurans de statu suo laterali ter retrocedat fit fur ꝛ rapit quicquid potest nec de regine solio curat. Secūdus ẽ alphinus qui ꝑ tria puncta currit. Nã in sede ꝓpria il le qui est niger ad dextraz regis collocat̃: ꝛ albus ad sinistraz: dicunt̃ aũt albi ꝛ nigri nõ ex colore sꝫ ex loci situatione. Dexter enim qui niger ẽ ꝓgens v̾sus dextrã seu in spacio nigro ꝛ vacuo ante agricolaz locat̃: sꝫ sinist de ꝓpria v̾tute hꝫ duos ꝓgressus: vnũ ver sus dextraz ad spaciũ album: aliũ v̾sus sini strã ad spaciũ vacuũ ꝛ album: Et sic de ter cio ad terciũ q̃drum vadunt seruando ꝓpriũ situm in forma vt si est niger sꝑ in nigro et econtra: ꝛ hoc procedendo sꝑ in angulo Carissimi. Alphini isti sursũ ꝛ deorsũ am bulantes signant mundi sapientes qui ha bẽt tria. s. intellectũ. ratõez ꝛ fortitudinẽ: ista deberẽt dirigere sursum ad deũ ꝑ opa mie: sꝫ tendunt deorsũ ꝑ eloquentiã ꝛ humanã fraudulentiã: ꝛ currunt lateraliter ad angu lum ꝑ tria puncta que significant gulosos in crapulis quotidie currentes: raptores alie na bona sine ꝯsensu depredantes ꝛ auferen tes: ac sẜbos in ꝓsapia pulcritudie ꝛ diui tiaꝝ affluentia gloriantes. Hi omnes late raliter ꝛ a recta via currunt. ꝛ tandem per regem. i. dyabolum rapiunt̃, ꝛ in infernum iusto dei iudicio detrudunt̃. Tercium ẽ ge nus militũ quoꝝ dext̃ ẽ albus ꝛ sinister ni ger. Albus hꝫ tres ꝓgressus in loco ꝓprio situatos: vnus v̾sus dextrã in loco nigro an te lanificem: tercius v̾sus sinistram in loco mercatoris. Cum v̾o ad regem ꝯstituit̃ sex q̃dra ambulare põt: cum vero ad medium octo. Idez est de sinistro: cum eni niger ad uersus regem: ꝛ albus aduersus eundem ꝑ ambulant vnus ante reginaz vt sinister ali us ad regez vt dexter se locat: carissimi: sic milites descendentes ꝛ campum requiren tes strenui ꝛ fortes bellare debent: ꝛ regez ad modũ corone cingere ac defendere. om nes enim nos milites sumus ꝛ pugnare cõ tra dyabolum in campo huius mundi nos porte t: ꝛ regez nr̃m. i. aiaz defendere: quia aduersarius nr̃ fortis est temptando aliqñ male ꝛ illicita suggerendo sꝫ debilis est Si volumus supare. Cui vt paulus ait. Fortes in fide resistere debemus nec timere. cõsue uerunt nãqꝫ fortes milites ꝛ expti in princi pio cũ arma suscipiunt tremere colore palle scere: sanguinẽ de naribus emittere. cuius signũ ꝓbitati potius attestat̃ ꝙ vicio. Cre dibile nãqꝫ ẽ eũ qui in principio belli timo re ꝯcutit̃ cum ad bellũ redierit ꝯstantius a gere nec terga v̾tere cũ ad hoc ꝑuenerit vbi timor mortis ante precisus presencialit̃ vide tur imminere. Timor eni nobis oibus im minet de morte futura vtiqꝫ tpali saltẽ: ideo strenue ꝛ sine omni timore armis fidei su sceptis ꝛ clipeis boni opis preclaris pugna re oportꝫ: vt secundaz mortẽ. i. eternaz fortit̃ deuincamus. De q̃ Boecius ait. Iacetis ꝓsus ignorabiles iã vos: scd̃a mors manet. Milites isti cum post pugnaz ad fines cri sium tanꝙ̃ cordas et virtute assumpta ad

octo q̄dra ꝯsiliarii ⁊ iuuenios hostes ꝯster nunt: sic ē de oī hoīe qui de sua humilia sen sit: ⁊ in nullo supbit: postea saltabit ad octo q̄dra octo beatitudinū: qꝛ ois qui se humili at exaltabit. Quartum genus est populari um quoꝝ oīm ē vnus atq; idem ꝓgressus Nā; de vno q̄dro in quo situati sunt possūt ꝓgredi ad tercium q̄drum eo ꝙ q̄si securi infra regis ꝯfinia ꝯsistant. Cū vo extra re gis terminos ꝓsiliūt vno quadro ꝯtenti sp in directum ascendunt: nunq̄ tamen reuer tunt in rectum vt euntes curent p v̄tutē; ac quirere quod nobiles situati retinent in di gnitate. Unde si sic p milites ac alios nobi les aditi fuerint ꝙ ad lineā aduersarioꝝ nobilium q̄dratum ꝑueniant p v̄tutem acq runt ꝙ regine p gratiam ē ꝯcessum. Est aūt sciendum ꝙ populares ascendentes in rectum si quem nobilē; aut popularē; inue nerint aduersariū ⁊ hoc in angulis ipsum a dextris ⁊ a sinistris cape ⁊ occidere pos sunt: nunq̄ aūt extra lineā rectā; ad dextrā vel sinistrā ꝓgredit̄ popularis. nisi cum re gine obtinet dignitatē;. Carissimi. Popu lares isti vtriusq; ꝯditionis ⁊ sexus hoīes significant inter quos reges potentes nobi les ⁊ alij illustres ad regendum ⁊ presiden dum positi sunt. Qui cum coꝝ officia ẜm leges ⁊ rationes non dirigūt nobilitatis sue v̄tutem amittunt: ⁊ actum conditionēq; po pularium incurrūt. Omnes eni ab vno pa tre geniti ⁊ ꝓcreati sumus adam int̄ quos v̄tutibus preclari regia ⁊ nobiliu; noīa me rito sortiunt̄. S; dum populares.i. plebei ho mines simplices iuxta discretos confessoꝝ suoꝝ ꝯsilia viuentes ⁊ mādatis ecclesie obe dientes lineā; recte vite ascendunt: merito r̄ gum ⁊ nobilium sanctoꝝ noīa ex officio p fectionis vite in celestibus sortiunt̄. Nemo ergo tales populares despiciat qꝛ tam ad i perium q̄ ad summu; pontificatū v̄tutibus plenos ⁊ gratijs eos legimus ꝑuenisse: cu; gigas quidam noīe armis diuinijs esset in opulentissimo indie regno inflatus ⁊ dino rex impius. Hic cum venisset ad hospitiu; appollinis sciscitaturus an aliquis mortali um esset eo felicior. Ex addito sacroꝝ spe cu vox insonuit que ei pretulit quendā; po pularē; agalaum noīe. Hic erat paupimus rebus: aio vero diues ⁊ etate senior qui ter minos agri sui nunq̄ excesserat. Sic ergo appollo magis approbat cum securitate trā quilla agalai rude tugurium ꝙ tristē; ⁊ so licitudinibus aulam plenā; gigantis ditissi mi. Magis enim approbauit paucas gle bas pauoris inexptes q̄ oram lidie pinguis sunā; metu plenam. Hic paupꝫ agalaus vir modestissimus fuerat. Quanto eni hō ē ratōe inferior: v̄tute vo ⁊ potestate supior. Tanto etiam gloriosior reddit̄ ⁊ famosior. Uirgili us longobardus origine natione mantua nus ꝓsapia humili ortus: sapientia tamen maximus ⁊ eximius poetaꝝ claruit. Cum quidam sibi diceret ꝙ versus Omeri operi suo insereret: respondit. Magnaru; esse vi rium clauam excutere de manu hercolis. Quintus qui in isto sacrario ludit ⁊ noīat̄: est regina. Cuius ꝓgressus est de albo in nigꝛ: ⁊ ꝑonit̄ iuxta regē;: ⁊ q̄ndo recedit a rege capit̄ que cum mota fuerit de ꝓprio q̄ dro nigro vbi primo fuit locata non potest ꝓcedere nisi a q̄dro in q̄drum vnum ⁊ hoc angulariter siue ꝓcedat siue retrocedat siue capiat̄. Sed si querat̄ cur regina bellis ex ponat̄ cum conditio mulieris debilis sit et fragilis. Dicendum est si scire velimus ꝙ mortem illaꝝ mulieꝝ sequit̄ vbi viri ad bel la ꝓcedentes mulieres ⁊ vxores cum totā familia ad castra deducunt: thartari enim hoc faciunt. Et licet non v̄tant̄ arcu magis tamen possunt hoīes impedire q̄ corporis virtute ꝯsternere. In solacium tamen r̄gis factum est ⁊ ad amoris ostensionem ꝑuisū vt ad bella regem regina sequat̄. Carissimi p reginam aiā; nrā; intelligemus que re gina in celis per tramitem bonoꝝ opm cō stituet̄. Hec regina alba est ⁊ nigra. alba p ꝯfessionem ⁊ absolutionē; q̄ndo seruus ei us scꝫ corpus pure ꝯfitet̄ ⁊ absoluit̄ satisfa ciens p delictis in tantam albedinē; reddit̄. ⁊ decies clarior sole apparebit. S; nigra ef ficit̄ p peccati fuligiem ⁊ deturpatōem: hec iuxta regem stare dꝫ quod si non fecerit ca pit̄ ⁊ violat̄. Aīa eni nrā ad hoc corpi infu sa ē vt eius recupatōe ⁊ saluatione angelo rum exercitus qui ruinā magnā cum lucife ro fecerat ad integꝛ restauret̄ ⁊ vt ad r̄gē; glorie vt regina collocet̄. Que cum a rege cuius cura regit̄ ⁊ gubernat̄ discesserit ca pit̄ ⁊ per mortalia facta ad inferos mactat̄

et ibi irrecuperabili demergitur. Et quia regina ista. i. anima ab extra bellare nescit corpus tamen ut meritoria oper ab intus instiget: quia corpus nostrum sicut insessor equum Anima. i. ratio nostra dirigere debet ad virtutes et informare ne ultra limites mandatorum ecclesie psiliat: sed recto tramite de quadro unius virtutis in quadrum alterius gressum faciat: propterea regina in scacario gressum lentum et non saltum debet habere: et infra proprios limites permanere. Nam dyana iacob filia virginitatem suauit dum in domo fratrum suorum quieuit. sed statim cum ad videndum alias regiones curiose exiuit. A filio sichen corrupta fuit. Seneca dicit quod mulieres que malam faciem habent leues et impudice sunt. Non enim illis deest animus sed corruptor. Solinus dicit quod preter mulieres pauca animalia coitum mouent grauida: nigram faciem ad omnium virorum aspectum debent habere: ne ab aliis solicitate de incontinentia diffament. Ouidius Que dant queue negant: gaudent tamen esse rogate. Ludunt formose. Casta est quam nemo rogauit. Sexti qui hunc ludum exercent reges sunt et nuncupant. Rex enim super omnes alios est quod motionis et pgressionis natura manifestat. Cum enim resideat in quarto quadro albo cum ipse sit niger habet a dextris in albo militem alphilem: rochum vero et in nigro. In sinistra vero tenet loca opposita. Et vero rex ut dictum est super omnes obtinet dignitatem et dominium ratione dignitatis non decuit cum multo spacio a regni sui folio absentari et ideo quando moueri incipit de suo quadro albo naturam sequitur rochorum a dextris et a sinistris: ita tamen quod a sinistris non potest se ponere in loco nigro iuxta rochum situatum in albo sed potest ponere in albo loco iuxta dictum rochum ad angulare quadrum ubi situati sunt custodes ciuitatis et ibi naturam habet militis in tali pgressu sortit vice regine. Carissimi iste rex est dominus noster ihesus christus qui est rex regum super omnes in celo et in terra quod pgressionis et motionis sue natura manifestat. Dum enim pgredit omnes sanctorum angelorum chori ipsum tanquam dominum venerantes comitant qui et secum habet rochum et alphilem aliaque scachalia et locum vniuersorum recto tramite occupat circumquaque teste ps. qui ait. Si ascendero in celum tu illic es si descendero ad infernum ades. Deniqu reginam secum ducit. i. miarum piam matrem et dominam nostram mariam. Cuius vice vnum pgressum miserationis ad popularium quorum. i. hominum in mundo viuentium facit. Unde merito nomen illud gloriosum per pphetam sortitus est ubi eum patrem misericordiarum et deum totius consolationis esse ptestat. Dum enim meroris et perditionis nostre per peccatum protoplasti nullus sanctorum aut electorum recuperationem facere poterat: ipse misericors rex ad popularium suorum restaurandum gregem et numerum de celestis sedibus ad huius mundi miserabilis quadrum ingredi dignatus est et a seruitute dyabolica nos liberauit. Cuius sibi gratiam per infinita secula reddamus.

De audiendo bono consilio Capitulum. clxvij.

Sagittarius quandam auiculam noie philomenam capiens quando volebat eam occidere vox data est philomene et ait. Quid tibi proderit O homo si me occideris neque enim ventrem tuum de me implere valebis. sed si dimittere me velles tria mandata tibi darem. Que si diligentius seruares magnam vtilitatem inde consequi posses. ille vero ad eius loquelam stupefactus pmisit ut eam dimittere vellet si hec tria mandata vtilia pferret. Que ait. Audite ergo. Primum est. nunquam rem quam apprehendi non potest apprehendere studeas. Audi secundum. De re pdita et irrecuperabili nunquam doleas. Audi tercium. Verbo incredibili nunquam credas: Hec tria bene custodi et bene tibi erit. Ille autem ut pmisit: eam volare dimisit. Philomena enim per aerem volitans dulciter cantauit finito cantu dixit ei. Ve tibi homo quod malum consilium habuisti et quod magnum thesaurum hodie perdidisti. Est enim in visceribus meis margarita que structionis ouum vincit magnitudine. Ille hoc audiens contristatus est valde quod eam dimisit: rethe suum expandit et conabatur eam apprehendere dicens ei. veni domum meam et omnem humanitatem exhibeo tibi et proprijs manibus te pascam et ad tuam voluntatem te volare permittam.

Cui philomena dicebat. Nunc pro certo te fatuum esse cognosco nam ex illis que tibi dixi nullum profectum habuisti. qr de re perdita z irrecuperabili doles. z me nequeas capere z tamen per retbe tuũ temptasti z insuper margaritaʒ in meis visceribus ẽe credidisti cum ego tota ad magnitudinem strucionis oui non valeaʒ pungere. Stultus es z in stulticia tua sp manebis. his dictis auolauit. Homo autem dolens z tristis ad domum rediit z philomenam non vidit.

Moralisatio

Carissimi. iste sagittarius potest dici quilibet bonus christianus: qui in baptismo a peccato originali ẽ lotus in quo baptismo sagittas acutas recepit scʒ virtutes ɔtra dyabolũ mundum z carnem. Accepit philomenã .s. dñm nrm iesum christum qñdo renunciauit dyabolo z pompis eius. qui miro mõ dulciter cantauit quando orationem pri celesti pro genere humano ifudit ʒ miser peccator istam philomenaʒ .s. dominum nrm iesum cristum cogitauit occidere quotiens cogitauit peccatum mortale perpetrare. sic dicit apo. Iteꝝ quantũ est in eis crucifigunt filiũ dei Sʒ diligent̃ attendas ꝙ deus dedit tibi tria mãdata que si diligenter hõ custodierit ad magnum ꝓfectum ꝓuenire posses zc̃. rex iste est trinitas in q̃ sunt tres ꝑsone z vnus deus quam rem nunꝙ poterimus apprehẽdere ꝙdiu sumus in hoc mortali corpe ꝟm ꝙ dicit aposto. Iam videmus in enigmate postea videbimus sicuti est. nec fides habʒ meritum vbi humana ratio prebet experimentum. Item saluator in euangelio respõdit mulieri petenti dic vt sedeant hi duo filij mei zc̃. Respondit saluator. Nescitis quid petatis. Item dicebat petro querenti de cõsummatione seculi zc̃. Non est vestꝝ nosse tpa vel momenta zc̃. Ecce isti stupebãt reʒ apprehendere quã nõ poterunt attingere.

Alia deductio

Aliter istud exemplum potest reduci ad illos qui appetunt honores z diuitias. Exemplum de lucifero qui rem appetijt ʒ impossibile ei apprehendere erat qñdo dicebat. ascendã vsqʒ ad tercium celum. Quid ergo sequit̃ post. In infernum cecidit. Iteʒ de primo parẽte qui per esum pomi deus esse voluisset propter quod a paradiso est expulsus z morte sibi z nobis omnibus parauit. Consulo ergo z vos diuites ac mundi potentes nolitis rem apprehendere que apprehendi non potest. Sicut sunt bona tpalia ac seculi honores que nunꝙ veraciter poterunt sine damno aie apprehendi sic̃ dicit apo. Qui voluerit diues fieri incidit laqueos dyaboli z licʒ bona obtinueris quando melius speras de eisdem gaudere: defraudaueris. Exemplũ de illo diuite qui dicebat. Destruaʒ horrea mea z eadem nocte defunctus est. Secundum mandatum est De re perdita z irrecupabili non dolebis. Carissimi scire debetis ꝙ p rem pditam intelligere dẽmus corporis sanitatem aut diuitias quas deus aufert ab eo queʒ diligit. Iuxta illud. Flagellat deus filium suum quem diligit. Sʒ cum aliqui facti sunt ceci claudi aut membro aliquo priuati: z ei diuitijs spoliati z vltra ꝙ credi põt dolent: z gratias deo non offerũt sicut esau multum dolebat ꝙ benedictiõem pris amisit z tamen obtinere non potuit. Terciũ mandatum est. Uerbo incredibili non credas. In isto verbo carissimi multi sunt decepti per dyabolum z carneʒ. Dyabolus suggerit multa z falsa ꝓmittit. Que sunt incredibilia sic̃ de primo pñte qui credidit dyabolo quando dixit. Si comederitis de ligno eritis sicut dij: credidit z erat deceptus z ideo a padiso est expulsus. promissio dyaboli erat incredibilis ꝓpter duo. primo qr mendax: secundo qr deus ei predixit In quacunqʒ hora comederitis de ligno illo moriemini. Sic mõ aliqui tantũ credũt dyabolo mundo z carni z statim eis adherent z in peccatis ɔsentiunt z dicunt. Ouũ est tam preciosum. Per ouũ mundus itelligit̃ qui est rotundus Mundus dicit hoĩ Bonũ est vti mundo in iuuentute: qr licet hoc fecerimus z peccatuʒ inciderimus tũc maior est strutione .i. maior est diuina mia: ꝙ nostra miseria. Contra tales dicit Psal. Non misereris omnibus qui operantur iniquitatem. Studeamus ergo zc̃.

De eterna damnatione Capitulum. clxviij.

Barlaam narrat ꝙ peccator similis est homini qui cum timet vni

cornem recedit in bararrum. Dum autem caderet manibus arbustulam quandaz apprehendit que de psundo ascēdebat ꝛ aspiciens inferius vidit ad pedem arboris puteum teterrimum ꝛ draconez horribilem arborem cingentem ꝛ eius casum ore aptum expectantem. Duobus aūt muribus quorum vnus erat albus alius niger arborem incessanter corrodētibus in radice sensit cū vacillare. Quatuor quoqz vipre albea basi qua pedem fixerat pcedentes totā foueam flatu suo mortifero intoxicabant. Eleuans oculos vidit exiuī mellis de ramis arboris stillantis oblitusqz piculi in quo vndiqz positus erat illi dulcedini se totum dedit. quodā aūt amico eius porrigēte sibi scalā vt egrederetur: melle delectatus distulit ꝛ cadente arbore cecidit in os draconis: qui descēdēs in puteum ibi eum deuorauit ꝛ sic misera morte heu mortuus est.

Moralisatio

Carissimi. Homo iste est peccator vnicornis est mors qui hominez sp sequit. bararrum ē mūdus iste: arbor est vita que per horam diei ꝛ noctis quasi per murum album ꝛ nigruz incessanter consummitur. Basis ex q̄ pcedunt vipre est corpus humanum habēs q̄ttuor qualitates humoꝝ quibus inordinate compositus corporis compago dissoluitur. Draco est dyabolus: puteus infernus: dulcedo ramusculi delectatio peccati p quam homo seducitur vt periculum non intueat. Amicus est christus aut predicator: Scala est penitentia cui cum homo differt acquiescere: subito vita deficiente in os dyaboli cadit qui eum in infernum deuorat ꝛ rapit

De duodecim legibus ꝛ mō viuendi
Capitulum. clxix.

Narrat Trogus pompeius de ligurio nobili milite qui ciuitatem quandam cum populo iurare indixerat ad seruandā leges quasdam iustas ꝛ vtiles licz principio graues donec ipse ab apolline delfico quem ipse finxit esse autorem dictarum legum responsum reportaret Quo facto in cretam iuit ꝛ ibi perpetuum exilium egit. Moriturus autem ossa sua ad ciuitatez redirent ꝛ omnes a iuramento se liberas esse credentes legum obseruantiam violarent. Haꝝ autem legum duodeci numero erant. Prima lege populuz in obsequium principum ꝛ princeps in custodiā subditorum ꝛ ad coercionem impiorum reformauit. Secunda lege. percimoniaz ꝛ frugalitatem omnibus persuasit credens militiam laudabilius fieri modestia q̄ crapula Tercia lege iussit singula non pecunia sed meritorum compensione oportuna. Quarta lege instituit aurum ꝛ argentū velut omnium materiarum viliorem. Quinta administrationem rei publice per ordinem diuisit. dans regibus potestatem bellorum magistratibus iudicia: ꝛ omnes offensiones senatui: custodiaz legum populo creandi vel eligendi magistratus potestatem. Sexta: fūdum omnibus equaliter diuisit ꝛ omnibus patrimonijs equalibus: ita q alter altero nullus potentior redderetur. Septima iussit omnes conuiuari publice nec alter alteri foret causa luxurie. Octaua iuuenibus toto anno vna sola voluit vti veste. Nona. Pueros pauperes in agrum non in forū publicuz deduci iussit vt primos annos ducerent in opere non in leuitate. Decima lege statuit virgines sine dote nubere. Undecima voluit vxores eligi nō pecunia. Duodecima maximum honorem non diuitum sed pro gradu etatis statuit fore. Omne autem quod quecunqz lege statuit ipse p exēplo alijs primus seruauit.

Moralisatio

Carissimi. Iste nobilis est dominus noster Iesus christus qui īstrauit quandam ciuitatem. id ē. mundum istum. ꝛ fecit populum iurare. id est in baptismo firmiter promittere. seruare leges suas. id est decem precepta donec veniret ad iuditium. Cum autem mortuus erat non tantum ossa sed totum corpus in mari. id est in terra posuit. Prima lex est. In obsequium principiuz ꝛc. hoc est q cristiani semper sint parati per omnia prelatis ꝛ ecclesiarum rectoribus sine accusatiōe aut aliq̄ contradictione simpliciter obedire: ꝛ q princeps p quos prelatos intelligimus q̄ curam aiaꝝ custodiendaꝝ susceperunt subditos suos in viam salutis dirigant ꝛ p bona exempla ī vita sua eos antecedāt. qꝛ turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum:

Secunda lex fragilitatem omnibus psuasit z symoniam aut cetera contraria interdixit pcimoniam suadens ac gulam carnisqz crapulam quibus multi hodiernis temporibus intendentes z dediti vitā breuiant exercere prohibuit:sed frugalitatem bonorz operum z largitatem elemosinaruz omnibus nobis per legez qua sex opa misericordie instituit seruandam esse voluit atqz persuasit: quia quicquid vltra necessitatem vite prelati aut alij viri ecclesiastici diuites habēt in elemosinam pauperuz distribuere tenentur:aliter teste beato Jheron.rapina est z sacrilegiū corā deo.Tercia lex iussit singula non pecunia sed meritorū compensione oportuna comparari hoc est quantū habes tantū vales Deus non tantum dona respicit:sed cor et intentionem donantis:z ideo fm cordis tui merita deus retributionē tuam magnā vel paruam faciet. Nihil enim absconditū est oculis eius qd non sciat z nihil opertuz qd sibi nō reuelat quoniā oia intuet. Quarta lex instituit materiā auri zc.i.diuitias huius mundi vilius apud deū reputari q aliquid alterius materie totius mundi:sed acceptat preces z miserias pauperū:sicut legitur de diuite epulone qui miseriā paupis lazari z vlcerati nō respiciēs neqz cōpatiens postq in iferno iacuit sepultus:z pauxillū aque a digito stillantis petiit nō obtinuit sed flamis z cruciatibus ppetuis expositus semp erit: z lazarus ē ab angelis pter suā patientiā in sinu abrahe collocatus. Quinta lex dedit regibus potestatez zc hoc est intelligendū q pri[illegible]ipes et prelati iam habent subditos iudic[illegible] sed cauendū est ne sint muneribus corrup[illegible] non recte iudicent:qr si sic eadez mensur[illegible]a mensi fuerint scz iusticiaz vel iniusticiaz [illegible]metietur eis per iudicē viuorz z mortuorz in extremo iudicio: qr moderni tpis iudices munera pauperum vel diuitū quorumcunqz recipientes a iusticia ita excecantur q viaz equitatis z sentencie recte vix videre possunt:sed qui mō plus dederit fortiorem causam fauorabilemqz sentenciā licet contra iusticiam obtinebit. Sexta lex fundos omnibus equaliter diuisit: hoc est. deus ab eterno instituit omnibus equaliter graciam suam:fm q viderit hoiem pficere vnde in euāgelio dicit. Petite z accipietis

Item alibi dicit. Quodcunqz petieritis patrē in nomine meo credite quia accipietis z fiet vobis:quia christus in diuitiis est abundantissimus:postq digne a nobis rogatus fuerit: in muneribus expendendis est largissimus:plus enim potest dare q mens nostra scit rogare. Septima lex ne diuitie causa sint luxurie:propterea publica cōuiuia celebrari instituit:quia propter diuitias multi pereūt z sunt multis causa quare in luxuriam aut alia pcta mortalia sepius cadunt:propterea Salomō dominū rogauit dicēs. Diuitias aut paupertates ne dederis mihi. Octaua iuuenibus toto āno vna sola voluit vti veste quid per hanc vestem nisi solam caritatem intelligimus que operit multitudinem peccatorum. Per hanc enim vestē possumus placere deo qui super oia caritatē fraternā in nobis diligit:caritas teste Apostolo non agit perperam:non querit que sua sunt: nō emulat zc. Sic nos in caritate radicati nō debemus solam nostram salutem z saluationē querere:sed z fratris nostri debemus saluti prouidere per vitam exemplarez aut bonam āmonitionem in viam rectam dirigere ne sicut ouis errans a pastore pereat: sed pascua vite celestis per vestem caritatis inueniat. Nona pueros pauperes zc id est vt introducātur in agrū ecclesie fm merita sua ad promouendū sicut ceteri: quia deus eligit paupes in hoc mundo ipsos heredes regni sui faciens vbi dicit. Beati pauperes Glosa. Non omnes: sed spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Item Ps. Iste paup clamauit: z dominus exaudiuit eum. Et quis est pauper ille. Glosa. Spū. Pauper iste laborat in agro id est in hoc mundo:quoniam agricultura dei sumus:z ad laborez a iuuentute nascimur: sicut auis ad volandū Job.v. Et in vinea domini id est in ecclesia laborē penitentie suscepimus z post cōductionez cōuentione facta laboris nostri fm merita vel demerita gloriam vel penam in eternitate a dispensatore z patre familias ihesu christo recipiemus. Decima statuit virgines sine dote nubere id ē bonos christianos sine dote id est amore mūdano nubere christo. Sunt multi qui spontanea volūtate castitatem vouent: terrena despiciunt vt celestia premia postmodū recipiant.

Undecima: vxores elegi id est animas deo placentes ad eius servicia coaptemus: nihil deo tantum placet sicut aia munda que tota liter deo e data. Duodecia quod quilibet sm meritu honores et divitias obtinebit. Sed videat principes et prelati aliique rectores quod in seipsis prius opa meritoria exerceant an tequam alios informent: sicut de christo dicitur in evangelio. Cepit ihesus facere et docere

De revocatione peccatoris ad viam penitentie Capitulum.clxx.

Quidam lusor occurrit beato bernardo equitanti dicens ei. Dñe volo tecum ludere: et aiam meã volo ponere contra equũ tuũ. Hoc audiẽs sctũs bernhardus stati de equo descendẽs dixit. Si plura pũcta quam ego pieceris meus equus tuus erit: si ego plura proiecero aia mea tua erit. Lusor cõcessit statim taxillos tres arripiens octo puncta piecit: quo facto frenum equi tanquam suum tenuit: ait sanctus bernhardus. Fili adhuc restat in tribus taxillis plus quam istud: et accipiens piecit decem, et octo puncta decem puncta plus quam lusor. quo viso lusor sub obediẽtia patris sui bernardi se dedit: et post vitam sanctam fine felici ad dominum migravit. Moralisatio

Carissimi. Lusor iste est homo mundanus vanitatibus deditus et subiectus. Sanctus bernhardus est discretus prelatus sive confessor qui habet cũ tali tota prudẽtia ludere ostendendo ei vitã que est ludus et gaudium aie. Equum suũ debet ponere.i.cor suum et aiam laboribus exponere vt coucat errantem ad viam veritatis: sicut ait Aplũs. Sicut xpũs aiam suã pro nobis posuit: sic et nos debemus anias nostras pro fratribus nr̃is ponere. Oẽs eni fr̃es sumus ab vno patre adam: q̃re merito nos diligere debemus. Tres taxilli sunt pr̃ filius et sp̃ũssanctus qui habet multa pũcta id est infinita gaudia que debent ostendi et peccatoribus recitari: vnde in euãgelio. In domo patris mei mansiões multe sunt: imo tot sunt ibi gaudia quod oculus non vidit nec auris audiuit: nec hõis cogitatio exprimere potest que parauit deus diligẽtibus se. Ibi requies sine labore: vita sine morte: gaudia sine luctu: et vt breuiter concludam: omnis gaudij plenitudo.

De dilectione et fidelitate nimia: et quod veritas in morte liberat

Capitulum.clxxj.

Petrus alphonsus refert quod erant duo milites quorũ vnus manẽs in egipto: alter in baldach. Inter quos duos nuncij sepius perrexerũt: vnde quicquid erat i terra egipti miles de egipto per nuncios ad militem de baldach misit et econuerso: sic quod amor fidelis int eos factus est: et nullus adhuc alium vidit. Miles vo de baldach cũ semel i stratu iacuisset intra se cogitabat. Socius meus de egipto mihi magnã amiciciam ostendit et nunquam oculis carnalibus eum vidi vadã ad eũ et videbo. Duxit nauem et venit in egiptũ: audiensque amicus eius obuiam ei perexit et cũ gaudio ad domũ suam duxit. Miles ille quandam puellã nimis pulcram in domo sua habebat quam cũ vidisset miles de baldach captus est in oculis eius: et pre nimio amore infirmatur. Miles vero de egipto cũ hoc percepisset ait ei. Carissime dic mihi quid tibi est: at ille. Est puella in domo tua quã desiderat cor meũ tota mente intantũ quod nisi eã habuero filius mortis sum ego. Miles cũ hoc audisset oẽs mulieres domus ei ostendit excepta illa puella: ille cum oẽs vidisset ait. De omnibus istis parũ aut nihil curo: sed est vna alia quam non video quã diligit anima mea. In fine illam puellã ei ostendit: Visa puella ait. Carissime in ista sola stat mors et vita mea: ait miles. Et ego dico tibi istam a iuventute sua in domo mea nutriui ad hoc vt vxor mea esset et cũ ea infinitas divitias obtinerem: veruntamen tantum te diligo vt antequam moriaris ipsã tibi in vxorem concedo cum omnibus diuitiis quas ego recipere deberem. Miles hec audiens gauisus est valde eam in vxorem accepit cũ qua diuitias multas obtinuit: et sic ad patriã suã baldach cum cõiuge sua perexit. Post hec cito miles de egipto ad egestatem magnam peruenit intantum quod nec domũ nec aliquã rem habebat: intra se cogitabat. Ad quem melius potero accedere quam ad socium meum de baldach quem ego ad diuitias promoui et ipse me in egestate mea respiciat. Manẽ ascendit et venit baldach ad quandam ciuitatem post solis occasum in qua manebat

diues socius eius: intra se cogitabat. Nox ē: si modo ad domū socij mei pergā noticiam mei non habebit: quia male sum vestitus & nullum mecum habeo vbi solebam magnā familiam ducere & omnibus abundare: ait intra se. Nocte ista quiescam & die crastina ad eum pergaz respexit versus cimiterium vidit ostia ecclesie apta itrauit vt tota nocte quiesceret. Cum autez ibi fuisset & dormire volebat in platea quidā ad inuicem pugnabant & vnus aliuz occidit. Interfector vero ad cimiteriuz fugit & ex alia pte exiuit. post hec vo clamor factus ē in ciuitate. Ubi est interfector: vbi est proditor qui hoiem interfecit: at ille. Ego sum interfector qui illum hoiem interfeci: accipite me & in patibuluz me suspendite. Illi manus in eū iniecerunt & per totam noctem in carcere incluserunt. Mane vo campana ciuitatis erat pulsata iudex contra eum sentenciaz dedit: & illū ad suspendendū duxerūt. Inter alios qui secuti sunt eum erat miles socius eius ad quē venerat. cum vero eū duci ad patibulū respexisset: ait intra se. Ille ē socius meus de egipto qui mihi vxorē meā cū diuitiis multis dedit & iā vadit ad suspēdendū & ego viuā: clamauit alta voce & dixit. O carissimi nolite innocentem interficere ille est innocens quem vos ad mortez ibi ducitis. Ego vero sum proditor qui hoiem interfeci & nō ipse Illi hec audientes manus in eū iniecerunt & ambos ad patibulū duxerunt. Cum vero ambo ppe patibulū essent reus cogitabat. Ex quo reus huius facti sum ego istos innocentes permittam mori non poterit esse quin deus aliquando vindictā de me sumat melius est mihi hic pati breue suppliciū q̄ eternā penaz sustinere in inferno: clamabat voce magna. O carissimi nolite ppter deū innocētes occidere nullus ex eis signo vbo vel facto ɔsilium dederat vt ille occideretur qui occisus est: sed ego sum qui ppriis manibus eū occidi: ideo me interficite & innocentes ꝑmittatis libere abire. Illi hec audientes manus in eum iniecerunt & admirabantur: & illos tres coram iudice duxerunt. Iudex cum eos vidisset admirabatur & ait. Quare reuersi estis. Illi vero toti pcessū a principio vsq ad finem retulerūt: ait iudex primo militi. Carissime qua de causa dixisti q tu illum hominem occidisti: at ille. Sine fallacia vobis dicam: in terra mea in egipto locuples fui & in oibus abundans: deinde ad magnam egestatem perueni intantū q nec domū nec locū nec aliquaz rem habui: verecundia ductus terrā istam intraui vt si aliquod remedium obtinerez: & ideo dixi q hoiem interfecissem: qr libentius mori vellē q̄ viuere & adhuc propter deuz peto vt me occidas: ait iudex secūdo militi de baldach. Et tu carissime quare dixisti q hoiem occidisti: qui respōdit. Domine miles iste mihi vxorem cū infinitis diuitiis dedit quam pro seipso nutriuit per quē factus sum diues in omnibus. cum vero socium meū tam carū qui me ad tot & tanta pmouit vidi ad patibuluz duci alta voce clamaui. Ego sū reus mortis eius & non ipse: qr libenter p amore eius vellem mori: ait iudex interfectori. Ob quā causaz dixisti te hoiem interfecisse: qui ait. Domine verū dixi graue fuisset pcm̄ si innocentes mori pmisissem & ego viuerē & ideo potius elegi veritatez dicere et penā hic sustinere q̄ innocētes sine culpa dānari & ego in inferno vel alibi puniri deberē: ait iudex. Quia veritatem dixisti & innocentes saluasti āmodo studeas vitā tuā emendare mortem tibi remitto vade in pace. Omnes audientes iudiciū iudicē laudabant q tam pie dedit iudiciū eo q veritatē dicebat reus

Moralisatio

Carissimi. Iste imperator est pr celestis. Duo milites dominus nr ihesus xpūs & adā. Primus pr ihesus xpūs in egipto manēs: iuxta illd. Ex egipto vocaui filiū meū. Adaz primus pater in agro damasceno plasmatus est: int istos erat maxima amicicia & nūcios inter eos misit quando pater ad filium & spūm sanctum loquebat dicēs. Faciamus hoiem ad imaginē & similitudinē nostrā. Postea miles de baldach scz adā in padisum translatus in domo domini nostri ihesu christi. In domo illa vidit quandā pulcram id est animaz quam appetiit quam deus ei dedit cum infinitis diuitiis & dominuz mundi cū ɔstituit: iuxta illud Ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In mundū istū cū vxore prexit. Post hec miles scz dominus noster ihesus christus factus est egenus & pauper

iuxta illud Math. Uulpes foueas habēt z volucres celi nidos: filius autē3 hois non habet vbi caput suū reclinet: venit in mūdū istū in quo pugnabāt sc3 caro z spūs: xp̄us templū intrauit sc3 vterū beate virginis: iuxta illud. Templū dei sanctū ē qd estis vos: vnus aliu3 occidit sc3 caro spūm. Clamor factus est in celo z in terra de interfectiōe spiritus quando adam peccauit. multi sequebantur hoc est iudei cum fustibus z laternis z gladiis cū qrebant. ille vero sicut miles respondit pro pctō alterius. Dimittite illos ego sum: sinite illos abire: stati ille se obtulit mori p genere humano in cruce. Per secundum militē qui p socio se obtulit mori debemus intelligere apostolos qui pro christi noīe ac veritate mortui sūt. Per terciū qui dicebat Ego sum reus zc. pctōrem debemus intelligere qui nudā veritatē in ɔfessione debet dicere. Ego sum qui peccaui qui male egi: ego iniquitatem feci: z si sic feceritis sine dubio iudex in die iudicij sentenciā ɔtra vos mutabit ita qp vitam eternā obtinebitis: ad quam nos perducat qui sine fine regnat zc.

De constantia fidelis anime
Capitulum. clxxij.

Erat quidā rex i anglia in cuius regno duo milites erāt: vnus guido vocabat: alter tyrius. Guido plurima bella cōmisit z in oi bello victoriā obtinuit: quandā puellam pulcrā generosā nimis dilexit: tamen eā in vxorē nō poterat obtinere quousq3 ardua bella tēptasset pro eius amore: deinde in quodā bello speciali eam obtinuit: z cū magno honore eam desponsauit. Tercia nocte post gallicantu3 de lecto surrexit intue firmamentū vidit in quo clare dn̄m nr̄m ihesum xp̄m inter stellas respexit ei dicentē. Guido guido sicut bella sepius cōmisisti p amore vnius puelle tps est vt p meo amore āmodo studeas viriliter contra inimicos meos pugnare. His ergo dictis euanuit ihesus xp̄us. Ille vero intellexit qp voluntas dei esset vt ad terrā sanctā pergeret z ihesum xp̄m de infidelibus vindicaret: ait ergo vxori sue. Credo qp iam a me ɔcepisti infantem nutrias quousq3 venero: quia ad terrā sanctā pgere volo. Illa vero hoc audiens quasi furibunda de lecto surrexit pugionem ad caput lecti accepit z dixit: O domine mi semp te dilexi z tantū p tuo amore expectaui quousq3 tibi fuero in mr̄imonio copulata vt cōmitteres multa bella vt per totū mundū fama tua esset diuulgata. Jam vero cōcepi z modo velis a me separari: prius meipsam cū ista pugiōe volo occidere. Ille surrexit z pugionem ex manibus eius accepit z ait. Carissima pauco verba: votum deo feci terram sanctam visitare. Jam enim est tps plus acceptabile votū meū implere qp in senectute: sustineas quia deo volente cito redibo. Illa vero de verbis eius ɔfortata anulū ei tradidit z ait Accipe istum anulū z quotiens illū respexeris in peregrinatione tua memoriā mei habebis: z ego vsq3 ad reditū tuū patienter sustineam. Miles ergo valefecit ei: militē3 tyrium cū eo accepit. Illa vero multis diebus planxit: nec ɔsolari poterat: cum tēpus aduenit filium pulcerrimū peperit z eū tenerrime nutriuit. Guido z tyrius multa regna transierunt: tandem regnum dacie per infideles erat destructū: ait guido socio suo Carissime ad istud regnū pergere debes z regem cōtra infideles totis viribus iuuare, quia christianus est: ego vero terrā sanctā intrabo z ɔtra christi inimicos pugnabo et per te redibo z sic angliā intrabimus cum gaudio: ait tyrius. Quid tibi placet z mihi. Regnu3 illud intrabo z si viuus fueris per me redeas vt ad patriam nostrā intrare poterimus: at ille. Fideliter tibi pmitto: osculabāt sunt inuicem z in separatione amare flebāt Guido terrā sanctā intrauit: z tyrius daciā Guido plurima bella ɔtra saracenos z paganos cōmisit: z in omni bello victoriā obtinuit: vnde fama eius per totū orbem volabat. Tyrius vero similiter oēs infideles de regno dacie expulit: multa bella cōmisit et victoriā obtinuit. Rex eum sup oēs dilexit z honorauit: et ab omni populo est intantū dilectus qp rex eū ditauit. Erat tūc in regno quidā tyrānus strenuus valde noīe plebeus qui tyrio inuidebat qp tam subito ad diuitias z honores pmotus esset: cum de ɔditione apud regē accusauit qp regem de regno priuare intendebat. Rex dictis eius credēs: qp potens ac strenuus esset tyrium oi honore priuauit ita qp tyrius ad magnam egestatē peruenit intantū qp vix sustentatiōe3 habebat

Tyrius multum dolebat quoniaz solus est derelictus et i paupertate positus fleuit amare et ait. Heu mihi quid faciam ego: dum semel tristis preteriit solus spaciando guido in forma peregrini ei obuiabat: quez cum tyrius vidisset noticiam eius non habebat: sed guido eum statim agnouit: sed ei qualis erat reuelare nolebat et dixit. Carissime vnde es: qui ait. De partibus longinquis sum ego: sed moraz per plures annos in isto regno traxi: quendaz socium habebam qui sanctaz terram intrauit: sed si viuus vel mortuus aut aliter quoquo modo secum fuerit omnino non est in mea noticia: ait guido. Ob amorez socij tui permittas me in gremio tuo quiescere vt parum dormiam: quia ex itinere lassus sum. ille ei annuit. Cum ergo guido i gremio suo dormiret tyrius vidit os eius apertum et vnam mustelam candidam exire et ad quendam montem iuxta eum intrare. Cum vero ibidem per aliquot spacium moram traxisset rediit et in os eius intrauit. Hoc facto guido est expergefactus a somno et ait. Carissime vidi somnium mirabile: mihi videbatur quod vna mustela de me exiit et in illum montez intrauit: et iterato in os meum intrauit: ait tyrius. Carissime sic in visione vidisti: ita oculis meis respexi: sed quid mustela i isto monte fecerat penitus ignoro: qui ait. Montem ambo intrabimus: quia forte aliquid vtile inueniemus. Montem ergo intrabant et ecce draconem mortuum inuenerunt ventrez eius auro plenuz cum gladio polito sup gladiuz erat superscriptio talis. Per gladium istum miles guido deuincet tyrij aduersarium: guido cum istum draconem inuenisset valde est gauisus: et ait tyrio. Carissime totum thesaurum tibi do: sed gladium iuxta me habere volo: ait tyrius. O domine apud te non merui vt mihi tale donum dares: et ille. Leua oculos tuos et vide: ego sum guido socius tuus. Ille vero hoc audiens intime cum respexit statim noticiam eius habebat: ad terram pre gaudio cecidit et amare fleuit et dixit. Sufficit mihi de cetero viuere exquo semel vidi te: et ille. Surge velociter potius de aduentu meo debes gaudere quam flere: pro te pugnabo contra tuum aduersarium: et ambo in angliam cum honore pergemus: sed videas ante omnia vt nemini qualis ego sum dicas. Surrexit tyrius super collum eius cecidit et osculatus est cum.

Tyrius vero ad domum suaz cum auro perexit. Guido vero ad palacium regis ad ianuaz pulsauit. Janitor vero causam pulsationis quesiuit: at ille. Ego sum peregrinus qui nouiter a terra sacta veni: statim introitum ei dedit et regi est presentatus: iuxta latus regis tyrannus ille sedebat qui tyrium diuitiis ac honoribus priuauit: ait rex. Qualis pax est in terra sancta: et ille. Domine modo est pax bona. Multi vero ad christianitatez conuersi sunt qui ait. Vidisti illum militem de anglia guidonem noie qui tot bella ibidez fecerat: qui ait. Domine sepius eum vidi et cum eo comedi et ille. Nunquid est tibi mentio de regibus christianorum: ait peregrinus. Etiam domine de persona tua: quod saraceni ac ceteri infideles regnum tuum per multa tempora occupauerunt et per quendaz militem noie plebeum tyrium omni honore et diuitiis illum nobilez militem priuastis: et hoc iniuste de vobis ista ibidez dicuntur. plebeus cum hoc audisset ait. Tu false peregrine qui ista mendacia narras nunc dignus esses eum defendere. quia si sic contra te pugnarem: quia tyrius ille priuare dominum nostrum regem volebat a regno: ait guido regi. Domine mi exquo ille dicit me falsum peregrinum esse et tyrium militem proditorem de vestro beneplacito contra eum pugnabo et eum falsum super corpus meum probabo: ait rex. Mihi bene placet imo te rogo vt a proposito non desistas: qui ait. Domine arma mihi concedas: ait rex. Quicquid indiges illud paratum inuenies. Rex diem belli inter eos constituit. Rex timens ne peregrinus guido per insidias interim occideret vocauit filiaz suam virginem et ait ei. O filia sicut vitam tuam diligis peregrinum istum diligenter custodias et oia necessaria inuenies. Illa peregrinuz in cameram suam introduxit balneari fecit: et cum ad libitum suum habebat. Adest dies belli mane plebeus armatus in porta stetit et clamabat. Vbi est falsus ille peregrinus quare tantuz tardat. Ille hoc audiens armauit se ambo ad campum perrexerunt: duos ictus ad inuicem fecerunt intantum duros quod plebeus fere spiritum emisit nisi ipse poculuz gustasset et ait. O bone peregrine me permittas semel aquam haurire: at ille. Si mihi fideliter promittas hanc curialitatem mecum agere si necessitas requirit tibi concedo. Qui ait.

At ego tibi fideliter promitto. Ille vero ad aquā accessit bibit quousqꝫ saturatus esset statim cū toto conamine in guidonē irruit ad inuicē ambo viriliter pugnabāt intantū ꝙ guido mō siciebat ⁊ ait. Carissime candem curialitatē quā tibi ostendi iam mihi concede: quia vltra ꝙ̄ credi potest ego sitio at ille. Deo voueo ꝙ non gustabis nisi in manu forti. Guido enim hec audiens se defendebat inquantum potuit: ad aquam appropinquauit: ⁊ cum prope aquā fuisset in aquam saltauit ⁊ hausit quantum volebat. deinde aquam exiuit ⁊ sicut leo rugiens in eum irruit: aliusqꝫ fugam petiit. Rex vero videns fecit eos ab inuicem separari ⁊ illa nocte quiescere vt die crastina ambo ad bellum parati essent. Peregrinus vero camerā filie regis intrauit. Illa vero omne solaciū ei prebuit: vulnera eius ligauit: cena facta i lecto ligneo firmissimo eū requiescere fecit. Ille vō ex bello fatigatus incepit dormire. Plebeus septem strenuos filios habebat vocauit eos ⁊ ait illis. Carissimi vos estis filij mei vobis denuncio nisi ille peregrinus extinctus ista nocte fuerit ego die crastina inter mortuos cōputabor fortiorē eo nunꝙ̄ vidi: at illi. Pat nocte ista erat expeditus. Circa mediam vero noctē omnibus dormientibus camerā puelle intrabant que erat iuxta mare cōstructa ita ꝙ aqua maris sub camera fluebat: inter se dixerūt. Si eum in lecto occiderimus filij mortis sumus: oēs eū cum toto lecto in mare proiiciemus: ⁊ tunc penitus a populo dicetur ꝙ fugam recepit ⁊ peregrinū dormientē receperunt ⁊ ipsum in mare proiecerūt. Peregrinus vero dormiebat ⁊ nihil pcepit. Nocte vero illa erat quidā piscator supra mare cum sonitū lecti audisset per lumen lune lectum respexit admirabatꝛ alta voce clamabat. Dic mihi ꝓpter deū ꝗlis es vt potero te iuuare anteꝙ̄ submersus fueris. Guido audiens clamorē a somno est expgefactus stellasqꝫ in firmamento videns admirabatꝛ vbi esset: ⁊ cū se in aqua pcepisset ad piscatorem clamabat. O carissime adiuua me ⁊ dabo tibi mercedem: qꝛ sum pegrinus ille qui heri in cāpo pugnabat sed quomō ego huc veni penitus ignoro. Piscator hoc audiens eū in nauiculam suam recepit ⁊ ad domū suā duxit: ⁊ ipsum in lecto quiescere fecit: veneruntqꝫ filij plebei ad patrē suum nunciabantqꝫ ei ꝙ submersus fuisset. vnde amplius timere non debet. Plebeus nō modicum gaudēs. mane surrexit armauit se: ad ianuā palacij accessit ⁊ clamabat. Illū peregrinū educ foras vt potero me de eo vindicare. Rex cū audisset precepit filie vt eum excitaret ⁊ ad bellum se prepararet. Illa vero ad lectum eius accessit: ⁊ non inuenit. Puella vero amare fleuit ⁊ ait. Heu mihi thesaurus meus mihi est ablatus denūciansqꝫ patri ꝙ eū non inuenit. Rex vero contristatus est valde. sed cum lectū non inuenerūt admirati sunt. Aliqui eū fugam accepisse dixerunt: aliqui ꝙ iugulatus fuisset. Plebeus in porta continue clamabat. Educ foras peregrinū tuū quia caput suū hodie regi presentabo. Dū vero in palacio de peregrino facta est ꝗstio vnde deuenit: venit piscator ad regem ⁊ ait Domine nolite contristari nocte ista in mari piscādo eram: ⁊ peregrinū in mari proiectū inueni quem accepi ⁊ in domū meā introduxi ⁊ cum dormientē dimisi. Rex cū hoc audisset gauisus est valde misit ad eū vt se ad bellū prepararet. Plebeus cū audisset ꝙ mortuus non esset timuit valde inducias belli a rege petiit. Rex vero inducias vnius hore ei concedere nolebat. Ambo campum intrabant duos ictus dederunt: sed in tercio ictu guido brachiū eius amputauit: deinde caput ⁊ regi presentauit. Rex vero gauisus est valde ꝙ peregrinus tam gloriose triumphauit: ⁊ cum audisset ꝙ filij plebei eū in mari proiecerunt eos in patibulo suspendi fecit. Peregrinus vero licentiā a rege accepit. Ille vero donaria multa ei obtulit vt secum maneret: sed ille nolebat ei cōsentire: aurū ⁊ argentū in magna quantitate dedit qui omnia tyrio suo dedit ⁊ cum eum rege in pristino gradu ⁊ in diuinis multis instituit ⁊ vale regi fecit: rex vero ei ait. Carissime propter deum vnum a te peto anteꝙ̄ recedas dicito mihi quod est nomen tuum: at ille. Domine: guido vocor de quo sepius audiuisti. Rex vero hoc audiens cecidit super collū eius magnā partem ei promisit regni sui si morā cū eo traheret. Ille nullo modo volebat ei consentire: sed osculatus est regē ⁊ ab eo recessit. Guido vō angliā intrauit.

& ad proprium castrum perrexit ante portã pauperes sedentes in magna multitudine i uenit & inter eos in forma peregrine comitissa vxor eius sedit personalit: singulis dicbus ministrabat: & cuilibet pauperi denarium dedit dicens. Orate p domino meo guidone vt anteq̃ moriar gaudium de eo habeam & vt feliciter ad me reuertatur quõz ad terram sanctaz diu perrexit. Accidit eodem die q̃ filius eius qui septem fuit annorum splendide indutus esset & matrem int pauperes sequebantur. Filius vero cũ audisset matrem cuilbet pauperi dominum Guidonem nominare ait. O mater est ille ne pater meus quez pauperibus istis sic recõmendas: at illa: etiam filij mi. Tercia nocte postq̃ te concepi a me recessit & amplius eum non vidi. Cum vero domina inter pauperes per ordinem ambularet venit ad virum suum guidonem & elemosynaz ei dedit sed qualis esset penitus ignorabat. Ille vero caput suum inclinabat ne agnosceret: Domina cum ad alios pauperes ambulasset filius sequebat. Guido qz oculos suos eleuans vidensqz filium suum quez ante nõdum viderat non poterat se ɔtinere filiũ int brachia accepit & osculatus est filium & ait O fili dulcissime dominus deus tribuat tibi gratiam deo placere: domicelle videntes ei osculum tradere vocatus est vt amplius ibidem non staret. Guido ad vxorem accessit & locum in foresta petijt: vt ibi poterit sp pmanere. Illa videns eum peregrinuz pro dei amore & viri sui locum ei construxit: ibidem per multa tempora permansit. Cũ aũt ad mortem appropinquaret famulum suuz aduocari fecit & ait Ito carissime festinant ad comitissam & istum anulum ei trade et dicito: si me desiderat videre statim ad me veniat sine vlteriori dilatione. Nuncius ad dominam prexit & anulum ei ostendit. Uiso anulo alta voce clamabat. Iste est anulus domini mei: agili cursu ad forestam perrexit & anteq̃ venit Guido est defunctus: illa vero super cadauer cecidit alta voce clamauit. Heu mihi spes mea perijt & lamentationes & suspiria emisit dicens. Ubi iam sunt elemosyne mee quas pro domino meo feceram omni die. Uidi dominum meũ elemosynam de manibus meis accipe & cum non cognoscebam. Uidisti enim filium tuũ ante oculos tuos palpasti osculatus fuisti: mihi nec sibi indicasti: quid fecisti. O Gui do guido amplius te non videbo: cũ magno honore corpus sepulture tradidit & mortez eius per multos dies planxit.

Moralisatio

Carissimi. Per istum militez deum itelligere debemus qui multa bella fecerat. Primo in celo q̃ndo demones expulit sicut scriptum ẽ. Factum est prelium magnum in celo Deinde in terra sepius q̃ndo pharaonem & exercitũ eius pᵉcit in mare: & in pasceue & hoc totũ pter amorez puelle. i. aĩe. Deinde tyriũ secum duxit. i. hoiem assumpsit vt infideles. i. vicia de regno corporis expelleret & virtutes plantaret. tyriũ. i. moysen ɔstituit vt populum suũ ad vitaz rectitudinis duceret: deinde guido de terra sancta venit q̃ndo filius dei de celo descendit & tyrium vagantẽ. s. totum genus humanuz in via pditionis inuenit: qz quotquot ante eum venerunt ad inferna descenderunt: dormiuit in gremio nostro q̃ndo nr̃az humanitatem assumpsit de ṽginis vtero. Mustela exijt & montem intrauit &c̃. i. Iohannes & alij pphete de eius aduentu pphetabant in montẽ. i. in mundũ intrauerunt ṽbum dei predicando sic testat de Iohanne. Ecce mitto angelum meum &c̃. post hec redijt ad christum cum dixit: ecce agnus dei. Christus ṽo inuenit draconẽ mortuum. s. legem antiquaz occultataz per cerimonias: & cuz in ea thesaurũ inuenit scz decem precepta que homini dedit cum gladio potestatis diem latuit quaz sibi retinuit: sicut scriptum ẽ. Iudicium meum alteri nõ dabo. Per istum gladium plebeum tyrannum interfecit qui tyrium. i. hoiez ab honore & diuitijs priuauit q̃ndo primum patrez transgredi fecit: pugnauit fortiter in campo huius mundi: & p vnaz ṽginem scz beatam ṽginez mariam armis humanitatis erat armatus. Sz septem filij. i. pter septem peccata mortalia de celo descendit & cũ eo semper fluit & in mare istius mũdi pᵉiectus vbi piscator scz spũssanctus sup cũ descendit: et sp cum eo fluit: & in fine dyabolum deuicit: & victoriam regi. i. pr̃i celesti presentauit: et sic ad terram suam. i. celum se transtulit et

nobis anulum fidei sua reliquit: per quã po terimus ad eternam pñiaʒ puenire. Guido cuʒ ad patriaʒ suaʒ venerat incognitus erat sic filius dei in celum intrauit: pñtes sui scʒ angeli aliqui q̃lis esset penitus ignorabant. Unde dicebant Quis est iste qui venit de edom tinctus vestibus de bosra. Unde de bemus prẽm nrm osculari. i. orationem ei infundere. qꝛ ipse pr nr est. Unde in Deu tro. Anteq̃ esses ipse est pr tuus zc. Stude amus ergo prẽʒ nrm christum sequi p opa mie z p ꝯsequens veniemus ad etna gaudia

De sarcinis z grauaminibus mundi et gaudijs celi
